


SYMBOLAE

AD

PSALMOS ILLUSTRANDOS

ISAGOGICAE.

SCRIPSIT

FRANCISCUS DELITZSCH

TH. ET PHIL. DR., ILLIUS PROF. ORD. ROSTOCHII DES., SOCIETATIS HISTORICO-THEOLOGICAE LIPSIENSIS ET ASIATICAE PARISIENSIS SODALIS.

Disseritur I. de Psalmorum indole partim jehovica partim elohimica; II. de Psalmorum ordine ejusque causis ac legibus.

LIPSIAE,

IMPRESSUM EST ET PROSTAT APUD CAROLUM TAUCHNITIUM.

1846.

CAROLO PAULO CASPARI,

SAGACI VERBI PROPHETICI

INVESTIGATORI,

FIDO IN REBUS LAETIS AEQUE ATQUE ADVERSIS SOCIO

INSCRIPSIT

AUCTOR.

הנה מה־טוב ומה־נעים שבת אחים גם־יחד

Ps. 133.

INDEX.

DE

INDOLE PSALMORUM

PARTIM JEHOVICA PARTIM ELOHIMICA.

I.

De nominum יהוה et אלהים diverso in Psalmis usu, quo bifariam dispertiuntur.

Psalterium (ס׳ תהלים, masorethice הַלֵּילָא) quinque in libros divisum est 1—41; 42—72; 73—89; 90—106; 107—150, quam partitionem non masorethicam, sed pervetustam esse ex clausulis doxologicis (41, 14. 72, 18. 19. 89, 53. 106, 48.) apparet, quas jam aetate Chronistae quatuor prioribus libris subscriptas fuisse concludere licet ex 1 Chr. 16, 35. 36. (cf. 29, 10.). Horum quinque librorum primus Psalmos 41, secundus 31, tertius 17, quartus item 17, quintus 44 continet. Inter Psalmos 41 libri primi 37 sunt Davidis, 4 Anonymorum; inter 31 l. secundi 18 Davidis, 1 Salomonis, 1 Asaphi, 7 Korahitarum, 4 Anonymorum; inter 17 l. tertii 1 Davidis, 11 Asaphi, 4 Korahitarum, 1 Ethani; inter 17 l. quarti 2 Davidis, 1 Mosis, 14 Anonymorum; inter 44 l. quinti 15 Davidis, 1 Salomonis, 28 Anonymorum, ita ut totum Psalterium Pss. davidicos contineat 73[1]), salomonicos 2, asaphicos 12, korahiticos 11, Mosis 1, Ethani 1, anonymos 50. Psalmos davidicos, exceptis tribus in libro tertio et quarto, ceteros omnes continent liber primus, alter et quintus; asaphicorum (Ps. 50. 73—83.) et korahiticorum (42—49. 84. 85. 87. 88.) nullus praeterquam in libro secundo et tertio invenitur.

Perlecto libro primo, cum in attenta alterius lectione versamur, ingens in usu nominum Dei discrepantia fugere nos non potest. Etenim in libro primo n. יהוה ceteris omnibus antelatum creberrimeque iterum atque iterum repetitum videbamus; at inde a Ps. 42. hoc Dei nomen oculis nostris se subducit et n. אלהים in ejus locum succedit, quod auctores Pss. insequentium carissimum habere videntur. Hujus nominis ejusque absolute (sine suff., sine artic., non con-

---

1) Septuaginta tres, non 71 (uti numerant *Eichhorn. Rosenmueller. Ewaldus*, *Poëtische Bb.* I. p. 211.), non 72 (uti *Carpzov.*, Introduct. p. 97. ed. IV., si modo pro LXXXII. ita legendum est, et *Joel Loewe*, הקדמה שלישית f. 24, a.), non 74 (uti *de Wette*, *Tholuck.*, Comm. p. XXXII. et alii).

structive) positi abundantiam Pss. asaphicorum et korahiticorum propriam esse itentidem jam ab aliis inculcatum est [2]), at hanc peculiarem consuetudinem multo latius patere et omnium Psalmorum inde a Ps. 42 usque ad 84 (inter quos 18 davidici, 1 salomonicus, 4 anonymi) communem esse, hoc *C. P. Caspari*, amicus meus, suamet investigatione invenerat, neminem adhuc idem observavisse ratus, donec ego, cum eam rem ulterius persequendam suscepissem, *Ewaldum* eo invento antevertisse nos deprehenderem [3]). Simul vero intellexi, ea quae Ewaldus de usu nn. יהוה et אלהים in media parte Psalmorum ceterisque duabus discrimine multa cum sagacitate disseruit, non sufficere, ut ulteriore investigatione supersederi queat. Quare ab incepto non destiti et quanto altius Psalmos attento ad nomina Dei animo perscrutatus sum causamque facti exquirere studui, tanto gravior disquisitio mea mihi visa est tantoque fructuosior, ita ut operae pretium esse judicem, ea quae inveni palam proponere.

Primum legentium oculis subjiciemus tabulam, qua in conspectu ponatur, quoties singulis in Psalmis nmm. יהוה et אלהים reperiantur. Qua in tabula conficienda n. אלהים modo ibi, ubi de Deo vero neque constructive neque cum suffixis dicitur, numeravimus; n. יהוה ubique, etiam ubi nominis Dei compositi (velut יהוה אלהים, אדני יהוה et sim.) pars est, at non comprehenso יה, de quo ceterisque Dei in Pss. nominibus deinceps sermo erit. Inscriptionum et clausularum doxologicarum nullam, ut par est, rationem habuimus.

Ps.	יהוה	אלהים	Ps.	יהוה	אלהים	Ps.	יהוה	אלהים
Liber primus.			9.	9	1	19.	7	vacat
			10.	5	2	20.	5	vacat
1.	2 (bis)	vacat	11.	5	vacat	21.	4	vacat
2.	3 (ter)	vacat	12.	5	vacat	22.	6	vacat
3.	6	1	13.	3	vacat	23.	2	vacat
4.	5	vacat	14.	4	3	24.	6	vacat
5.	5	1	15.	2	vacat	25.	10	1
6.	8	vacat	16.	4	vacat	26.	6	vacat
7.	7	3	17.	3	vacat	27.	13	vacat
8.	2	1	18.	16	vacat	28.	5	vacat

2) *Gesenius*, Thes. p. 97 s.; *de Wette* ad Ps. LXVII., *Einleit.* §. 271.; *Hofmann, Weissagung u. Erfüllung* I. p. 184.; *Hengstenberg*, Comm. II. p. 353. 416. III, 444. 476. (ubi „*Korachitische Elohimpsalmen*“ et „*Jehovapsalmen*“ distinguuntur).

3) *Poëtische Bb.* I. p. 190—192.

Ps.	יהוה	אלהים
29.	18	vacat
30.	10	vacat
31.	10	vacat
32.	4	vacat
33.	12	vacat
34.	16	vacat
35.	8	vacat
36.	2	2
37.	15	vacat
38.	3	vacat
39.	2	vacat
40.	9	vacat
41.	5	vacat

Liber secundus.

Ps.	יהוה	אלהים
42.	1	6
43.	vacat	4
44.	vacat	4
45.	vacat	3
46.	3	5
47.	2	7
48.	2	5
49.	vacat	2
50.	1	7
51.	vacat	5
52.	vacat	3
53.	vacat	7
54.	1	4
55.	2	5
56.	1	9
57.	vacat	6
58.	1	2
59.	3	5
60.	vacat	5
61.	vacat	3
62.	vacat	7
63.	vacat	2
64.	1	3
65.	vacat	2
66.	vacat	7
67.	vacat	5
68.	2	24
69.	5	7
70.	2	3
71.	3	6
72.	vacat	1

Liber tertius.

Ps.	יהוה	אלהים
73.	1	3
74.	1	4
75.	1	2
76.	1	2
77.	vacat	6
78.	2	8
79.	1	1
80.	2	5
81.	2	1
82.	vacat	2
83.	2	2
84.	7	4
85.	4	vacat
86.	4	2
87.	2	1
88.	4	vacat
89.	10	vacat

Liber quartus.

Ps.	יהוה	אלהים
90.	2	vacat
91.	2	vacat
92.	7	vacat
93.	5	vacat
94.	9	vacat
95.	3	vacat
96.	11	vacat
97.	6	vacat
98.	6	vacat
99.	7	vacat
100.	4	vacat
101.	2	vacat
102.	7	vacat
103.	11	vacat
104.	8	vacat
105.	5	vacat
106.	8	vacat

Liber quintus.

Ps.	יהוה	אלהים
107.	12	vacat
108.	1	6
109.	7	vacat
110.	3	vacat
111.	4	vacat
112.	2	vacat
113.	6	vacat
114.	vacat	vacat
115.	10	vacat
116.	15	vacat
117.	2	vacat
118.	22	vacat
119.	24	vacat
120.	2	vacat
121.	5	vacat
122.	3	vacat
123.	2	vacat
124.	4	vacat
125.	4	vacat
126.	4	vacat
127.	3	vacat
128.	3	vacat
129.	3	vacat
130.	4	vacat
131.	2	vacat
132.	6	vacat
133.	1	vacat
134.	5	vacat
135.	15	vacat
136.	1	vacat
137.	2	vacat
138.	6	vacat
139.	3	vacat
140.	7	vacat
141.	3	vacat
142.	3	vacat
143.	4	vacat
144.	4	1
145.	9	vacat
146.	9	vacat
147.	5	vacat
148.	4	vacat
149.	2	vacat
150.	vacat	vacat

Hanc in tabulam si oculorum obtutum figas, Psalmos neque promiscue nominibus יהוה et אלהים uti neque sine consilio, prout casus ferebat, compositos esse videbis. Etenim intelliges primum 1.) n. יהוה in libris I. IV. V., n. אלהים in libris II. III. dominatum tenere, id quod etiam clarius elucebit, si, subductis rationibus, quoties nn. יהוה et אלהים singulis in libris commemorentur, ante oculos ponamus [4]):

	Lib. I.	Lib. II.	Lib. III.	Lib. IV.	Lib. V.
יהוה	272	30	44	103	236
אלהים	15	164	43	vacat	7

Deinde 2.) cognosces, n. אלהים inde a Ps. 42. vel solum vel crebrius, quam n. יהוה, usurpari et hunc usum nominis אלהים potiorem pertinere usque ad Ps. 83. In hoc Ps. n. אלהים bis et n. יהוה itidem bis reperitur, quare ad ordinem eorum Pss. concludendum erat aptissimus. Sed tamen hujus generis Psalmis, quippe in quibus non numerus tantummodo, verum etiam usurpandi modus spectandus sit, addendus est (id quod *Ewaldum* latuit) Ps. 84., korahiticorum libri III. primus, in quo n. אלהים quater, n. יהוה septies occurrit, at (id quod bene notandum) quinquies in nnm. Dei compositis, quorum usus, ut videbimus, illorum Psalmorum singulariter proprius est.

Regnat igitur n. אלהים in Pss. quadraginta tribus (42—84 incl.). In his n. יהוה 50es invenimus, n. vero אלהים 204es, quod in reliquis Pss. omnibus nonnisi 25es exstat. Quare hos Pss. 42—84., utpote qui nomine אלהים mirifice delectentur, elohimicos nuncupabimus; reliquos aequo jure nomine jehovicorum notabimus [5]). Nam cum inter Pss. 43 elohimicos sint 26, in quibus n. יהוה semel pluriesve usurpatur, 17, in quibus solum אלהים et nusquam יהוה: inter Pss. 107 jehovicos sunt tantummodo 13, in quibus אלהים semel pluriesve reperitur, nonaginta quatuor, in quibus solum יהוה et

4) Ex his et sequentibus *Gesenii* computationes in Thes. p. 97 s. definiri atque emendari poterunt.

5) „*Jehovicos*" scribimus, quia n. יהוה, cum additamento concrescens, in יְהוֹ transit, velut יְהוֹחָנָן, יְהוֹשָׁפָט; ceterum morem in ecclesia receptum sequentes formam *Jehova* retinemus, praesertim cum pronuntiatio antiqua prorsus incerta sit ac nesciamus, utrum יַהְוֶה (= יִהְיֶה) vel יַהֲוֶה (ad simil. f. יַבְנֶה) an יְהָוָה (= יִהְיָה) vel יַהֲוָה (ad s. formarum יַעֲלָה, יוֹרָה, יִסְפָּה) sonuerit. Quo jure a nonnullis יַהְוֶה regularis imperfecti forma dici possit (ab *Hengstenb.* quoque, praeeunte *Ewaldo*), non intelligo; Theodoreti vero auctoritas, qui Samaritanos Ἰαβέ pronuntiasse refert, ad eam rem dijudicandam non sufficit.

nusquam אלהים [6]), unde apparet, usum nominis אלהים in Pss. non elohimicis etiam studiosius devitari, quam in Pss. elohimicis usum nominis יהוה, eaque de causa illos eodem jure nomine jehovicorum insigniri, atque hos elohimicorum.

Ad Pss. elohimicos pertinent Pss. 31 ad unum omnes, quibus liber Psalterii secundus constat, et Pss. 12, qui librum tertium aperiunt ejusque majorem partem conficiunt. Inter hos Pss. quadraginta tres sunt 8 Korahitarum, 12 Asaphi, 18 Davidis, 1 Salomonis, 4 Anonymorum. Psalmi asaphici omnes elohimici sunt. Contra korahitici duas in catervas dispertiti sunt, quarum prior (42. 44—49.) convenienter naturae suae inter Pss. elohimicos collocata est, posterior (85. 87. 88.), excepto uno Ps. 84, qui utpote elohimicus ceteris praemissus et asaphicis subjunctus est, interruptam jehovicorum seriem pertexit. Inde patet, ex parte duntaxat verum esse id quod adhuc complures pronuntiaverunt, usum nominis אלהים in Pss. asaphicis et korahiticis praevalere, siquidem non in omnibus korahiticis praevalet et praeter asaphicos etiam in davidicis ceterisque Pss., qui finibus supra constitutis continentur. N. יהוה, quod in octo Pss. korahiticis 42. 44—49. 84. decies quinquies exstat, in Pss. tantum tribus korahiticis 85. 87. 88. decies reperitur, unde vides, indolem partis Pss. korahiticorum esse jehovicam hosque consulto a ceteris esse segregatos.

Quam magnum et pervagatum discrimen sit, quod in usu nominum יהוה et אלהים inter Pss. jehovicos et elohimicos intercedit, etiam melius perspiciemus, si Pss. jehovicorum eos locos, in quibus nomine אלהים utuntur, diligentius examinaverimus. In Pss. jehovicis 107 n. אלהים, uti supra percensuimus, vicies quinquies nobis se offert. At primum demendus est Ps. 108., qui ex Pss. elohimicorum 57. v. 8—12. et 60, 7—14. conflatus est et quem collector certo in numerum elohimicorum retulisset, nisi gravi quadam causa adductus fuisset, ut eum jehovicis interponeret et Psalmo 107., quocum est ei nonnihil similitudinis (cf. 108, 4. 5. cum 107, 1. 8. 15. 21. 31 s.), annecteret. Hoc Ps. demto per totum librum quartum Psalterii totumque librum quintum, qui n. יהוה 239es exhibent, *unus* solus remanet locus Ps. 144, 9., in quo אלהים de Deo vero dicitur, idque in alloquio, plane ad similitudinem Pss. elohimicorum.

Nunc in Pss. jehovicis librorum trium priorum, in quibus n. אלהים decies octies nobis obvium fit, oculos defigamus. Complurium

---

6) Adnumeratis Ps. 136. (אלהי האלהים, ubi האלהים Deos significat) et 138. (נגד אלהים, ubi principes ac judices).

ex his locis ratio est talis, quae n. אלהים necessario poscat [7]), quandoquidem vel de numine divino ejusque generali ac naturali (non speciali atque historica) ad genus humanum relatione sermo est (8, 6. 9, 18. 10, 4. 13. 14, 1. 2. 36, 2. 8.) vel hostes athei loquentes introducuntur (3, 3.). Aliis locis אלהים appellative dicitur, vel praedicati loco 86, 10. vel cum adjectivo conjunctum (אלהים צדיק 7, 10.). Remanent, si 87, 3. האלהים seponimus, loci sex, quibus אלהים nominis proprii vicem explet, quinquies narrative 7, 11. 12. 14, 5. 25, 22., ter vocative 5, 11. 86, 14., aliquoties de Deo vindice, de quo אלהים propter insitam omnipotentiae notionem cum emphasi dicitur (7, 12. 50, 6. 58, 12. 75, 8. 82, 1.), quamquam Deus, quatenus mediis in rebus humanis praesentiam suam effectricem, sive salutem afferens sive judicium exercens (v. c. 9, 20. 21. cf. 75, 9.) patefacit, adaequate יהוה nuncupatur. Ceterum inter illos sex locos unus 25, 22. spuria est, ut plurimis videtur, Ps. alphabetici appendicula.

Sunt igitur ad summum septem fere loci, in quibus Pss. jehovici ad indolis elohimicorum similitudinem accedunt. Horum proprium est, n. אלהים, quo complures (velut 72, 1. 73, 1. 74, 1. 75, 2. et al.) in ipso introitu peculiarem suam indolem produnt [8]), plane ad modum nominis proprii usurpare idque creberrime etiam ibi, ubi quam maxime idoneae causae nominis יהוה adhibendi se offerebant. N. אלהים his in Pss. omnino indolem nominis proprii induisse inde elucet, quod semper articulo caret atque etiam in allocutione passim absolute

---

7) Contra Pss. elohimicorum ne unum quidem locum, in quo nominis אלהים vice יהוה dicitur (saepenumero variationis causa, praecipue in membris parallelis 47, 6. 48, 9. 55, 17. 56, 11. 58, 7. 68, 17. 69, 14. 70, 2. 6.), afferre poteris, ubi nomini יהוה non possit n. אלהים substitui, uti collatis similibus locis apparet: 42, 9. (133, 3. 138, 8.) cf. 44, 5; 46, 9. cf. 66, 5. 64, 10. 78, 7. (אל); 47, 3. cf. v. 8. 9. 44, 5.; 64, 11. cf. 63, 12.; 69, 17. cf. v. 14. 55, 2, 3. (55, 20. 17, 6. אל); 69, 34. cf. 65, 2. 3. (55, 20. אל; 66, 18. אדני); 71, 3. cf. 62, 8. 78, 7. 52, 9. 56, 5. 12.; 74, 18. cf. v. 10. 2 Reg. 19, 4. 16. Ps. 79, 12.; 78, 3. cf. 48, 11.; vel pro שמך יהוה 54, 8. 83, 18. 19. dicitur שמך אלהים 54, 3. 48, 11. 44, 9. 66, 2. 69, 31. 74, 10. al. Neque vero ideo negamus, n. יהוה locis aliquot nomine אלהים esse accomodatius, velut 69, 32. (cf. Ex. 22, 19.) et 75, 9., quamquam etiam in his non unice aptum. Verumtamen in universum valet haec regula: Ubicunque n. יהוה ponitur, n. אלהים ei substitui potest (quoniam Deus ὑπερκόσμιος cum Deo in historia manifesto est idem), at vicissim nomini אלהים non ubique substitui potest יהוה (quoniam cum hoc notio revelationis salutiferae, cujus semen sanctum in V. T. particeps factum est, indissolubiliter conjuncta est).

8) Cf. e contrario Pss. jehovicos, quorum quasi vestibulis illico n. יהוה inscriptum reperies, velut 3. 6. 7. 8. 9. 10. cet.

h. e. sine suff. ponitur. Hinc fit, ut in his Pss. pro יהוה צבאות interdum vel אלהים צבאות vel augustius יהוה אלהים צבאות (= יהוה אלהים אלהי צבאות) dicatur; hinc n. אלהים saepenumero, utpote quod vim nominis proprii habeat (quare non appellative ὁ ϑεός vertendum), alterum אלהים cum suff. vel constructivum adsciscit, quod ut nomen appellativum appositionem prioris efficit, velut אלהים אלהי (h. e. Elohim, Deus mi) 43, 4. אלהים אלהיך 45, 8. 50, 7. (pro יהוה אלהיך Ex. 20, 2.); אלהים אלהינו 68, 9. אלהים אלהי תשועתי 51, 16. אלהים אלהי ישראל 68, 9. (pro יהוה אלהי ישראל Jud. 5, 5.), qua in connexione horum Pss. unice propria[9]) Pss. jehovici constanter nomine יהוה utuntur, quod origine sua nomen proprium est.

Quam constanter, consulto ac prope perpetuo Pss. elohimici n. אלהים etiam ibi ingerant, ubi Pss. jehovici nomine יהוה de industria utuntur in eoque usurpando sibi constant, hoc porro varia ac multiplici collatione, quam attentione dignissimam reor, demonstrabo. Et primum quidem tabula, quam sub adspectum subjicio, docebit, quam abunde et perseveranter vel in iis phrasibus, quae Psalterii communes sunt et in parte tum jehovica tum elohimica cumulate reperiuntur, Pss. elohimici אלהים dicant, ubi jehovici יהוה.

הוחילי אלהים 42, 6.	לך יהוה הוחלתי 38, 16.
שפטני אלהים 43, 1.	שפטני יהוה 26, 1. 7, 9. 35, 24.
מזבח אלהים 43, 4.	את־מזבחך יהוה 26, 6.
באלהים הללנו 44, 9. 56, 5.	ביהוה תתהלל נפשי 34, 3.
עיר אלהים 46, 5. cf. 48, 9. 87, 3.	עיר יהוה 101, 8.
זמרו אלהים 47, 7.	זמרו ליהוה 9, 12.
מלך אלהים 47, 8. 74, 12.	ליהוה המלוכה 22, 29.
אך אלהים יפדה נפשי 49, 16.	פודה יהוה נפש עבדיו 34, 23.
אלהים הופיע 50, 2.	יהוה . . הופיע 94, 1.
חנני אלהים 51, 3. 57, 2.	חנני יהוה 6, 3. 9, 14. 31, 10. 41, 5.
	אדני 86, 3.
הצילני אלהים 50, 16.	הצילני יהוה 143, 9.
בית אלהים 52, 10. 55, 15.	בית יהוה 27, 4.
אלהים בשמך הושיעני 54, 3. 69, 1.	הושיעני יהוה 6, 5. 7, 2. cet.
	למען שמך יהוה 25, 11.

9) Nihilominus *Hengstenb.* mira cum fiducia (contra *Hofmannum*) asserit: „*Das Elohim steht in den korahitischen Psalmen in keiner Weise anders, als in dem ganzen übrigen A. T.*“ (Comm. II. p. 416.).

אלהים שְׁמַע תפלתי 54, 4. 55, 2. 61, 2. cf. 84, 9.	יהוה שמע תפלתי 143, 1.; 39, 13. 102, 2.; 17, 1. 130, 2.
אלהים עֹזֵר לי 54, 6.	יהוה . . עֹזֵר לי 30, 11.
אל־אלהים אקרא 55, 17. 57, 3.	אל יהוה אקרא 3, 5. 142, 2. 18, 4. 7. 28, 1. 30, 9.
אלהים לי 56, 10.	יהוה לי 108, 6.
באלהים בטחתי 56, 5. 12.	ביהוה בטחתי 26, 1. 31, 7.
להתהלך לפני אלהים 56, 14. cf. 61, 8. 68, 4.	אתהלך לפני יהוה 116, 9. cf. 95, 6. 96, 13. 98, 6. 9.
רומה . . אלהים 57, 6. 12. (108, 6.)	רומה יהוה 21, 14.
אלהים אלי אתה 63, 2.	יהוה אלי אתה 140, 7.
יראי אלהים 66, 16.	יראי יהוה 15, 4. 22, 24. 115, 11. 13. 118, 4. 135, 20.
ברוך אלהים 66, 20. 68, 36. אדני 68, 20.	ברוך יהוה 28, 6. 31, 22. 119, 12. 124, 6. 135, 21. 144, 1.
שירו לאלהים 68, 5. 33.	שירו ליהוה 96, 1. 2. 98, 1. 105, 2. 137, 3. 149, 1.
במקהלות ברכו אלהים 68, 27.	במקהלים אברך יהוה 26, 12.
תנו עז לאלהים 68, 35.	הבו ליהוה כבוד ועז 29, 1.
ישועתך אלהים 69, 30.	ישועתך יהוה 119, 166. 98, 2.
אהללה שם אלהים 69, 31.	הללו את־שם יהוה 135, 1. 146, 2. cf. שם יהוה 7, 18. 102, 16. 22. 113, 1. 2. 3. 148, 5. 13.
צדקתך אלהים 71, 19.	יהוה . . צדקתך 36, 6. 7.
טוב . . אלהים 73, 1.	טוב יהוה 25, 8. 34, 9. 100, 5. cet.
חלקי אלהים 73, 26.	חלקי יהוה 16, 5. 119, 57.
קומה אלהים 74, 22. 82, 8. cf. 76, 10.	קומה יהוה 3, 8. 7, 7. 9, 20. 10, 12. 17, 13. 132, 8.
קולי אל־אלהים 77, 2.	קולי אל־יהוה 3, 5. 142, 2.
אלהים . . אל־תחרש 83, 2.	יהוה אל־תחרש 35, 22. cf. 39, 13.

Praeter hos locos eadem nominum יהוה et אלהים vicissitudo conspicua est multis aliis locis (44, 22. cf. 139, 1.; 46, 6. cf. 37, 40.; 47, 10. cf. 24, 1.; 59, 10. 18. cf. 94, 22.; 62, 6. cf. 37, 7.; 64, 10. cf. 92, 5. et al.; 66, 10. cf. 11, 5.; 74, 1. אלהים, 77, 8. אדני cf. 88,

15.; 74, 10. cf. 94, 3.; 76, 2. cf. 9, 17.; 78, 7. אלהים, 73, 28. אדני יהוה cf. 40, 5.). Raro n. יהוה retinetur (55, 23. cf. 22, 9. 37, 5.); rarissime in ipsis Pss. elohimicis אלהים et יהוה vicissim adhibentur (66, 5. cf. 46, 9.; 43, 4. cf. 84, 4.).

Quantopere auctores horum Pss. n. אלהים in deliciis habeant, porro e compluribus locis apparet, quos e Pentateucho desumserunt. Quotquot eorum sunt, in his n. יהוה, quamquam accommodatissime positum, fere ubique (exc. fortasse 49, 16. cf. Gen. 5, 24.) nomine אלהים commutatum videmus. Solenne illud decalogi exordium אנכי יהוה אלהיך (Ex. 20, 2.), quod n. יהוה vix carere posse videtur, intactum reliquit Ps. 81, 11., at in Ps. 50, 7. in אלהים אלהיך אנכי versum est. Verba קומה יהוה ויפצו איביך וינסו משנאיך מפניך (Num. 10, 35.), quae Moses, cum castra moverentur, pronunciare solebat, Psalmus 68, 2. ita mutuatus est, ut in locum nominis יהוה n. אלהים substitueret; contra Ps. 132, 8. יהוה retinuit, pro quo Chronista amplificationis causa scripsit יהוה אלהים (2 Chr. 6, 41. 42.), nomen extra capp. II. III. Geneseos rarius, quod Chronista adamat. Verba epinicii Ex. 15, 11. (cf. 1 Reg. 8, 23.) מי כמכה . . יהוה in Ps. 71, 19. repetuntur, sed mutato nomine divino: אלהים מי כמוך; contra Ps. 89, 9. יהוה servat ac tantummodo, addita appositione (יהוה אלהי צבאות מי כמוך), exaggerat. Ejusdem conversionis nominis יהוה pentateuchici in אלהים nonnulla exempla exhibet Ps. 78., quo historia populi israelitici summatim perscribitur, cf. 78, 22. לא האמינו באלהים cum Ex. 14, 31. ויאמינו ביהוה, v. 31. ואף אלהים עלה בהם cum Num. 11, 33. ואף יהוה חרה בהם. Adjiciendum est etiam, quod pro נראה אל (את) פני יהוה Ex. 23, 17. 34, 23. Dt. 16, 16. 31, 11. dicitur נראה פני אלהים Ps. 42, 3. 84, 8.

Quanta vero in gratia sit apud Pss. elohimicorum auctores n. אלהים quamque eo studiose, vel textus priscos immutantes, utantur, insigne documentum est Ps. **68.** Hujus versus 8. et 9. ex Cantico Deborae (Jud. 5.) petiti sunt, cujus vv. 4. et 5. si conferas:

אלהים בצאתך לפני עמך .8	יהוה בצאתך משעיר .4
בצעדך בישימון סלה:	בצעדך משדה אדום
ארץ רעשה .9	ארץ רעשה גם־שמים נטפו
אף־שמים נטפו	גם עבים נטפו מים:
מפני אלהים	הרים נזלו מפני יהוה .5
זה סיני מפני אלהים	זה סיני מפני יהוה
אלהי ישראל:	אלהי ישראל:

n. יהוה (cf. Dt. 33, 2.) ter ac proinde constanter in אלהים (cf. Hab. 3, 3.) transformatum videbis, quod quartum usuvenit in v. 3. יאבדו רשעים מפני אלהים, modo hunc et ipsum e Cantico Deborae (v. 31. יאבדו כל־אויביך יהוה) haustum (qua in re te non urgemus) concesseris.

Denique proprietates Pss. elohimicorum et jehovicorum, quibus inter sese discrepant, luculente confirmantur eorum Psalmorum, qui vel toti vel ex parte antiquiorum variata repetitione orti sunt, cum suis exemplaribus collatione. Extant in Psalterio Pss. complures elohimici, qui e jehovicis, ac vicissim jehovici, qui ex elohimicis hausti sunt. De his omnibus deinceps disseremus.

1) Ps. **53.** et **14.** unum eundemque Psalmum exhibent; in Ps. 14. priscum ejus textum legimus, in Ps. 53. recensionem recens (nescimus a quonam) factam, qua Ps. jehovicus in elohimicum conversus est.

Horum diversitas quo melius observari queat, unum e regione alterius ponemus:

Ps. LIII.	Ps. XIV.
2. אמר נבל בלבו אין אלהים השחיתו והתעיבו עול אין עשה־טוב :	1. אמר נבל בלבו אין אלהים השחיתו התעיבו עלילה אין עשה־טוב :
3. אלהים משמים השקיף על־בני־אדם לראות היש משכיל דרש את־אלהים :	2. יהוה משמים השקיף על־בני־אדם לראות היש משכיל דרש את־אלהים :
4. כלו סג יחדו נאלחו אין עשה־טוב אין גם־אחד :	3. הכל סר יחדו נאלחו אין עשה־טוב אין גם־אחד :
5. הלא־ידעו פעלי און אכלי עמי אכלו לחם אלהים לא קראו :	4. הלא ידעו כל־פעלי און אכלו עמי אכלו לחם יהוה לא קראו :
6. שם פחדו־פחד לא־היה פחד כי־אלהים פזר עצמות חנך הבישתה כי־אלהים מאסם :	5. שם פחדו פחד כי־אלהים בדור צדיק : 6. עצת־עני תבישו כי יהוה מחסהו :
7. מי־יתן מציון ישעות ישראל בשוב אלהים שבות עמו יגל יעקב ישמח ישראל :	7. מי־יתן מציון ישועת ישראל בשוב יהוה שבות עמו יגל יעקב ישמח ישראל :

N. אלהים, quod in Ps. 14. ter legitur (v. 1. 2. 5.), auctorem novae recensionis servasse vides, simul vero n. יהוה in Ps. 14. quater positum (v. 2. 4. 6. 7.) ubique in אלהים vertit, vel in v. 4. et 7., ubi vates consulto eo usus est. In v. 5. (כי־אלהים פזר עצמות חנך cf. 14, 5. כי אלהים בדור צדיק) et v. 6. (כי־אלהים מאסם cf. 14, 6. כי יהוה מחסהו)

ipsum illud, quod de Deo pronunciatur, ita variatum reperimus, ut n. אלהים sit accommodatius [10]). Psalmi **69.** v. 33. decerptus est e Ps. **22,** 27.; nomini יהוה subrogatum n. אלהים. Partis Ps. **40.** (14 ss.) iteratione exstitit Ps. **70.**, at variato prope ubique nomine Dei. Nam cum 40, 14. dicatur: רצה יהוה להצילני יהוה לעזרתי חושה, his 70, 2. substituitur: אלהים להצילני יהוה לעזרתי חושה, ita ut in locum geminati יהוה succedat אלהים in membro priore, יהוה in posteriore propter parallelismum [11]). Pro יגדל יהוה 40, 17. (sicut 35, 27.) legimus 70, 5. יגדל אלהים; pro יהוה יחשב־לי 40, 18. scriptum est (fortasse scriptionis, quam imitator ante oculos habebat, indistinctae culpa) אלהים חושה־לי. Semel, id quod mirum, אלהי אל־תאחר 40, 18. in יהוה אל־תאחר 70, 6., novandi, ut videri possit, cupiditate ductus immutavit. Sequitur Ps. **71.**, qui partim e locis Pss. antiquiorum compositus est. In hujus Ps. v. 1. יהוה e Ps. 31, 2. intactum mansit; v. 5. 6. אדני יֱהוִה in Ps. 22, 10. 11. recens illatum est; in v. 12. n. יהוה Psalmi 22, 20. (cf. 35, 22. 38, 22.) in אלהים transiit.

2) Accedimus ad Pss. jehovicos, qui ab elohimicis originem ducunt. Posterior Psalmi **108.** pars (7 — 14.) ad verbum posteriori Psalmi **60.** (7 — 14.) respondet; אלהים quater hic et illic reperitur, at יהוה, quod in Ps. 60. nusquam occurrit, in Ps. 108. (v. 4.) certe semel positum est pro אדני Psalmi 57., cujus e versibus 8 — 12. constat Psalmi 108. pars prior (2 — 6.). Contra אלהים Psalmi 66, 1. (הריעו לאלהים) in Ps. **98,** 4. mutatum est in יהוה (cf. 100, 1. et 98, 6. cum 47, 2.). Et in Ps. **97,** 8., qui versus ex 48, 12. repetitus est, יהוה, quod in Ps. elohimico deest, adjectum videmus. In Ps. **86,** 14., qui versus ex 54, 4. 5. coaluit, אלהים, ne nimis frequentaretur, semel omissum (שמך pro שמו אלהים).

---

10) Et, quod notandum, ita variatum, ut variatio restitutioni textus originalis obliterati similis sit, cf. 71, 3. לצור מעון לבוא תמיד cum לצור מעוז לבית מצודות 31, 3.; 108, 2. 3. עורה : אף כבודי cum עורה כבודי 57, 9. ceterosque locos Pss. secundariorum et Prophetarum ad antecessores se applicantium sat multos, quos in Comm. ad Habac. p. 13.* 79. 120. 173. collegi.

11) Simili modo parallelismo nominum יהוה et אדני in Pss. elohim. succedit parallelismus nominum אלהים et אדני, comp. 68, 33. (cf. v. 18. 27. 33. 54, 6.) cum 35, 22., at non semper 55, 17. 56, 11. 58, 7. 68, 17. 69, 14, 70, 2. 6., ubi יהוה et אלהים vicissim ponuntur; 60, 12. 62, 8. (12.) 71, 19. 77, 2., ubi duplicatur אלהים; 73, 28., ubi אלהים ab אדני יהוה excipitur.

II.

De ceteris Dei nominibus, quorum usu Psalmi elohimici a jehovicis differunt.

Postquam de nominum יהוה et אלהים in Psalterio diverso usu, quo totum duas in partes dispescitur, satis luculente disseruimus, restat, ut de ceterorum nominum Dei diverso usu nonnulla adjiciamus.

1) Usus nominis יָה nihil discriminis inter Pss. jehovicos et elohimicos repraesentat. Hoc n. in libro primo Psalterii nusquam exstat, in altero bis (68, 5. 19.), in tertio itidem bis (77, 12. 89, 9.), ter in Pss. elohimicis, inter hos in Pss. korahiticis et asaphicis tantummodo semel 77, 12. as. Crebrius et liberius eo nomine utuntur Pss. recentiores, praecipue in formula solenni הללו־יה, quae primum 104, 35. se nobis offert. Hanc si computando praetermiserimus, n. יה ter in libro quarto (94, 7. 12. 102, 19.), undecies in l. quinto (semel in Pss. 122. 130. 140., bis 105., sexies 118.) reperitur. Quemadmodum n. יה per totum Psalterium fere aequabiliter diffusum est, sic etiam in n. אֱלוֹהַּ nil inest hujus illiusve partis proprium. Etenim semel in l. I. (18, 32.), semel in l. II. (50, 22.), nusquam in l. III. et IV., bis in l. V. (114, 7. 139, 19.) legitur. Haec duo nomina a Psalmis utriusque generis tanquam lumina atque ornamenta orationis promiscue adhibentur.

2) Aliter res se habet in nmm. אֲדֹנָי et אֵל. Horum nominum in Pss. elohimicis tanta est prae jehovicis crebritas, ut id ipsum pro proprietate illorum secundaria habendum sit[12]). Etenim n. אדני (ad

---

12) De n. אדני id ipsum jam *Ew.* l. l. 191. not. observavit, sed ambigue: „*Auch der Name* אדני, *im ersten Theile sehr selten* 2, 4. 22, 31. [hoc de tertia Pss. parte 90—150. valet, in qua tantum sexies, neque vero de prima 1—41., in qua duodecies reperitur], *ist im zweiten auffallend häufig* . ., *welches indess weniger hier entscheidet*, *da* אדני *auch sonst stellenweise häufiger ist*

sim. formae שַׁדַּי, cum terminatione productâ, ut a suffixo plurali discernatur, i. q. האדון, quo saepius ejus loco utitur Jesaia) 48es in Psalterio nuncupatur (duodecies in l. I., quindecies in l. II., itidem quindecies in l. III., semel in l. IV., quinquies in l. V.), 21es in Pss. elohimicis. Hi igitur, 43 numero, n. אדני totidem fere locis usurpant, quot ceteri Pss. omnes, numero 107. Aeque frequentes sunt in usurpando de Deo vero nomine אל (האל). Hoc n., cum in toto Psalterio 64 es efferatur (tredecies in l. I., itidem tredecies in l. II., semel ac vicies in l. III., octies in l. IV., novies in l. V.), ejus summae prope dimidia pars cadit in Pss. 43 elohimicos, in quibus n. אל tricies et semel obvium est, ergo fere toties, quoties in omnibus reliquis. Haec eorum duorum nominum caritas causa est, quod in Pss. elohimicis pro יהוה jehovicorum ponitur אל (42, 10. cf. 18, 3.; 55, 20. cf. 116, 1.) vel etiam אדני (57, 10. cf. 18, 50. 108, 4.; 66, 18. cf. 4, 4.)[13]). Fortasse a vero non aberramus, si n. עליון quoque in eorum numerum referamus, quae Pss. elohimici prae jehovicis adamant: novies enim in Pss. jehovicis reperitur (l. I.: 4, l. IV.: 4, l. V.: 1), tredecies in elohimicis (l. II.: 4, l. III.: 9.). Sunt vero inter Pss. elohimicos Psalmi asaphici, qui prae korahiticis atque etiam ceteris illis tribus Dei nominibus gaudent. Namque אל in Pss. asaphicis sedecies legitur (73, 11. 17. 74, 8. 77, 10. 78, 7. 8. 18. 19. 34. 41. 80, 11. 82, 1. 83, 2. הָאֵל 77, 15. אל אלהים יהוה 50, 1. אל עליון 78, 35.), אדני sexies (73, 20. 77, 3. 8. 78, 65. 79, 12. אדני יהוה 73, 28.), עליון octies (50, 14. 73, 11. 77, 11. 78, 17. 82, 6. 83, 19.; 78, 35. אלהים עליון 78, 56. cf. Dan. 3, 26. אלהא עלאה), cum contra אל sexies (42, 10. 84, 3. אל חי 42, 3.; אל חיי 42, 9. האל יהוה 85, 9.), אדני semel (44, 24.) et quod fere idem valet (cf. 83, 19. cum 97, 5.) עליון item tantummodo semel (46, 5.) inveniatur in Pss. korahiticis, qui, salva elohimica sua indole, saepius, quam asaphici, nomine יהוה simpliciter vel adjecto צבאות utuntur, idque ex parte propterea, quia Deum, qui in asaphicis itentidem imagine judicis prophetico-didactica (L. LXXV. LXXVI. LXXXII.) repraesentatur, ut regem alloquuntur (44, 5. 45, 7. 84, 4. cf. 74, 12. asaph.) et ut regem hymnice describunt (XLVII. XLVIII.).

Ps. 86. Ps. 130.“ Horum duorum Pss. (86. אדני septies, 130. ter) indoles utique tam singularis est, ut eos adonajicos (sive adonajico-jehovicos, uti Ps. 68. adonajico-elohimicum) appellare possis.

13) Semel אדני Ps. jehovici in יהוה transscribitur 59, 9. cf. 2, 4., plane sicut 108, 4. cf. 57, 10. et 1 Chr. 17, 16. 17. יהוה אלהים pro אדני יֱהֹוִה 2 Sam. 7, 18. 19.

A nomm. Dei simplicibus ad composita nos convertimus. Horum undecim Psalterium exhibet, quorum octo modo in secundo ac tertio ejus libro, nusquam praeterea in Psalterio reperiuntur. Quapropter in universum dici potest, usum nomm. Dei compositorum ad proprietates Pss. elohimicorum pertinere, quae neutiquam ex solo numero locorum, in quibus אלהים reperitur, aestimandae sunt. Nam ex illis 11 Dei nmm. compositis tantum duo solis in Pss. jehovicis occurrunt (יהוה אלהי צבאות et האל יהוה, si modo haec pro nmm. compos. haberi posse concedas), duo in Pss. tum elohimicis tum jehovicis (יהוה צבאות et אדני יהוה), *septem* solis in Pss. elohimicis [14].

1) Unum solum de nomm. Dei compositis est, quod in parte libri tertii non elohimica et simul in libro quinto (nam quartum fortuito omni Dei nomine composito prorsus caret) deprehenditur: אֵל יהוה (85, 9. האל יהוה, sicut Jes. 42, 5., et אל יהוה sine art. 118, 27., quamquam dubium esse possit, utrum hoc in loco אל praedicatum sit an, id quod mihi verisimilius videtur, אל יהוה conjunctim nominativus subjecti, cui ut plus ponderis afferatur, imperf. cum Waw consecutivo sequitur: El Jehova — is effecit, ut lumen nobis orire-tur cet.).

2) Sequitur n. unum, quod nusquam in Psalterio nisi in parte non elohimica libri tertii nobis occurrit: יהוה אלהי צבאות, si hoc n., in quo אלהי צבאות mera appositio, pro composito habere velis, quod semel 89, 9. (Ethan.) reperitur, saepius alias (2 Sam. 5, 10. 1 Reg. 9, 10. 14.). In his omnibus nihil inest alicui parti Psalmorum peculiare.

3) Accedimus nunc ad tria alia nmm., quorum primum praeter Pss. elohim. tantum semel, cetera in iis solis obvia sunt. Primum est n. יהוה צבאות, quod semel in Ps. davidico libri primi 24, 10. (cf. 1 Sam. 17, 45. 2 Sam. 7, 8. 26. 27.), sexies in Pss. elohimicis 46, 8. 12. 48, 9.

---

14) Nonnulla eorum nmm. nusquam in V. T. nisi in Psalterio (יה אלהים, אלהים צבאות, יהוה אלהים צבאות) reperiuntur; complura nonnisi in Pss. Psalterii korahiticis et asaphicis (אל יהוה, אלהים צבאות, יהוה צבאות, יהוה אלהים, אל אלהים יהוה) et in korahiticorum quidem Pss. non solum priore caterva, sed etiam posteriore (84, 12. 9. 2. 4. 13. 85, 9.), cujus Ps. 84. elohimicis adnumerandus est. Reliqui Pss. elohimici nominum, quae in asaph. et korah. non reperiuntur, exhibent haec: יה אלהים (68, 19. dav.), אדני יהוה (68, 21.), יהוה צבאות (69, 7. dav.); communia iis sunt cum asaph. vel korah. יהוה אלהים צבאות (59, 6. dav.) et אדני יהוה (71, 4. 16. anon.), et eorum nominum omnium nonnisi unum יהוה אדני (109, 21. 140, 8. 141, 8.) etiam in Pss. jehovicis iisque non korahiticis exstat. Ergo nmm. Dei compositorum crebro usurpandorum recensque fingendorum consuetudo peculiaris est Pss. elohimicis et inter hos korahiticis potissimum et asaphicis.

84, 2. 4. 13. reperitur [15]), unde apparet, Pss. Korahitarum elohimicos, ad quos 46. 48. 84. pertinent, ejus nominis usu prae ceteris Pss. omnibus delectari, quorum nullus in eo utendo aeque frequens est. Alterum n. יהוה אלהים צבאות (extra Psalterium nullibi obvium), quod solis in Pss. elohimicis 59, 6. (Dav.) 80, 5. 20. (As.) 84, 9. (korahitico illo et propter elohimicam indolem ante ceteros korahiticos libri III. collocato) legitur, propriam Psalmorum elohimicorum naturam mirandum in modum nobis ob oculos ponit. Nam in hoc n. vides, horum auctores, etiam cum n. illud solenne יהוה צבאות, quod antiquitas cudit et sanxit, sibi adsciscant, suum אלהים, quod singulariter diligunt, missum facere nolle. Neque vero ita hac difficultate se expediunt, ut potestatem n. proprii, quam אלהים apud ipsos nactum est, cum appellativa commutantes יהוה אלהי צבאות dicant, neque ita ut n. אלהים a vocis צבאות regimine (quod אלהים, sicut יהוה, vi constructivi אלהי ipsi involuti obtinet [16]) excludentes אלהים יהוה צבאות (Elohim h. e. Jehova Exercituum) dicant, sed ita ut solenni isti יהוה צבאות n. אלהים apud ipsos gratiosum vi nominis proprii ad יהוה accedentis medium interponant. Nam non „Jehova Deus Exercituum" vertendum est, sed (ita ut יהוה אלהים virtualiter sit constructivus) „Jehova Elohim Exercituum", h. e., J. E. Deus Exercituum (idem quod: יהוה אלהים אלהי צבאות, uti jam Ibn-Ezra, Sefer ha-Shem c. II., notavit et multo ante Masorethae, אדני יֱהוִֹה צבאות (69, 7.) interpungentes, intellexerunt). Adjiciendum est denique אלהים צבאות 80, 8. 15. (As.), ex יהוה אלהים צבאות abbreviatum, quod n. (cf. Jes. 10, 16. אדֹנָי צבאות) in nullo alio libro V. T. obvium itidem clare demonstrat, n. אלהים in Pss. elohim. nomini יהוה omnino auctoritate ac potestate successisse.

4) Nomm. Dei composita, quae supersunt, item elohimicorum Psalmorum propria sunt, atque, excepto tantummodo uno, in iis solis inveniuntur. In his omnibus אלהים, אל et אדני, nmm., ut vidimus, in Pss. illis ut plurimum usitata, cum יהוה ejusque annexo צבאות vario ac partim singulari modo componuntur. Huc pertinent: a) πολυϑϱύλλητον illud יהוה אלהים, quo utentem tum liber Samuelis (2 Sam. 7, 22. 25.) tum etiam saepius pro more suo liber Chronicorum (1 Chr. 17, 16. 17.

---

15) N. צבאות divinis nominibus annexum semel invenitur in l. I., quinquies in l. II., novies in l. III., nusquam in l. IV. et V.

16) Dissimile est אלהים אמת Jer. 10, 10., ubi vertendum: At Jehova Deus est revera, ita ut אמת adverbialiter pro באמת positum sit, qua ratione etiam אמרים אמת Prov. 22, 21. explicandum est (ut reddere verba h. e. respondere possis convenienter veritati consulentibus te).

28, 20. 29, 1. cf. 2 Chr. 1, 9. 6, 41. 42. 26, 18. Davidem introducit [17]). Hujus praeter Beracham elohimicam 72, 18. semel tantum mentio fit in Ps. kor. 84, 12.; b) יה אלהים (pro יהוה אלהים in יהוה אלהים צבאות), quod, extra Psalterium prorsus inusitatum, semel 68, 19. (Dav.) exstat; c) אל אלהים יהוה 50, 1. (As.), quo in loco, etiamsi Jos. 22, 22. idem n. „Deus Deorum Jehova" (= אלהי האלהים Dt. 10, 17. sive אל אלים Dan. 11, 36.) vertendum esset, אל et אלהים ex consuetudine Pss. elohim. pro nominativis coordinatis appositionis loco n. Jehovae praemissis habenda sunt (El Elohim h. e. Jehova, Jehova qui est El Elohim); d) אדני יהוה 71, 5. 16. (An.) 73, 28. (As.), quod n. etiam extra Psalterium praeeunte Pent. Gen. 15, 2. 8. Dt. 3, 24. 9, 26. cf. Jos. 7, 7. Jud. 6, 22. usitatum (velut 2 Sam. 7, 18—20. 28. 29. in ore Davidis, 1 Reg. 8, 53. in ore Salomonis, creberrime apud Ezech.) utrum Adonaj Elohim antiquitus jam pronunciari solitum fuerit necne, nihil refert ac propterea non verisimile est, quia אדני אלהים (excepto אדני האלהים Dan. 9, 3.) scriptum non deprehenditur; e) אדני יהוה צבאות 69, 7. (Dav.) cf. Jes. 3, 15. Jer. 2, 19.; f) יהוה אדני 68, 21. ac praeterea 109, 21. 140, 8. 141, 8. (extra Ps. tantummodo Hab. 3, 19.), pro quo neque יה אדני (nam 130, 3. haec duo jure sejuncta sunt) neque אלהים אדני usquam dicitur. Haec sex Dei nmm. composita, quibus יהוה צבאות, יהוה אלהים צבאות, אלהים צבאות (sub no. 3.) adjici oportet, Pss. elohimicis peculiaria sunt.

---

17) Notum est, hoc n. in toto V. T. per unam tantummodo sectionem Gen. 2, 4—3, 24. constanter adhiberi, utpote in qua historiae hominis in eoque universitatis rerum per אלהים existentium a יהוה praesente gubernatae primordia describuntur (cf. *Drechsler*, *Einheit und Aechtheit der Genesis* p. 77., qui egregius liber p. 2—10. etiam tabulas multa cum diligentia confectas exhibet, quibus quoties in singulis ll. Pentateuchi, in l. Jud. et l. II. Sam. nmm. יהוה et אלהים usurpentur, in conspectu ponitur). Praeterea n. יהוה אלהים in Pent. nusquam nisi Ex. 9, 30., apud Proph. Jon. 4, 6. obvium est et ab his ceterisque locis supra adductis, quos neque *Kaiserus* (Diss. de usu trium nmm.: Elohim, Jehova et Jehova Elohim cet. Erlang. 1838. 4. p. 3.) neque *Gesenius* (Thes. p. 580.) omnes percensuit, probe distinguendi sunt ii loci, in quibus (velut 1 Chr. 22, 1. 2. 19. 2 Chr. 32, 16. Neh. 9, 7.) יהוה האלהים dicitur (n. האלהים appositive vel postposito 1 Sam. 6, 20. vel etiam praemisso 2 Chr. 30, 19.). N. אדני יֱהוִֹה (supra s. *d* et *e*) Masora (*Nurzi* ad Gen. 15, 2. *Hiller*, Arcan. p. 213.) observat quater in Pentateucho et totidem locis in Psalterio legi. De n. simplicis אדני computatione masorethica (cf. infra n. 23.) v. *Buxtorf*, Tiberias p. 244 s. (s. v. ודיא). Concordantiae Buxt. his in nmm. perquam mancae sunt ac fallaces.

III.

De Psalterii in Psalmos jehovicos et elohimicos divisi paullatim orta collectione.

Expendendum nunc est, num ea, quae de Pss. jehovicorum et elohimicorum discrimine observavimus, faciant aliquid ad dissolvendam quaestionem, qua via ac ratione ea, quam in manibus tenemus, Psalmorum collectio coorta sit. Pss. elohimici, ut vidimus, non negligenter et incomposite per totum Psalterium dispersi sunt, sed in unum quasi corpus coacti, quod Pss. jehovicis utrinque circumdatur. Hoc consilio factum esse manifestum est; exquiramus, quando factum sit.

Ex clausula כלו תפלות דוד בן־ישי, quae Psalmo 72. subjuncta est, jure concludimus, hic desinere collectionem antiquiorem, quae, segregatis Pss. posterius interpositis, Psalmos certe plurimos vel multos eorum, qui clausulam praecedunt, complectebatur, non davidicos solum (quod illud תפלות דוד non necessario postulat), sed tales, qui, sive ab ipso Davide, sive ab aequalibus conscripti, Davidis auctoritate publice sanciti essent (Esr. 3, 10. 2 Chr. 23, 18. cf. 2 Chr. 29, 30.). Nihil obstat, quominus pro certo existimemus, hanc collectionem antiquiorem, quae quo tempore exstiterit vel quo primum tempore existere potuerit, ex Pss. non exilii demum tempora redolentium, quos continet, aetate decidendum erit, jam ita dispositam fuisse, ut primum locum Pss. jehovici tenerent eosque elohimici sequerentur. At illud in incerto relinquendum est, utrum haec collectio jam duos in libros, quorum prior Pss. jehovicos, alter elohimicos complecteretur, divisa fuerit, an nullo extrinsecus facto discrimine jehovicos elohimici exceperint.

Nam haec collectio, quae Psalmo 72. terminatur, uti nunc res se habet, in libros duos dispertita est, quorum uterque doxologiâ (ברכה) concluditur. Harum doxologiarum prior ita comparata est, ut jeho-

vicam, altera ut elohimicam libri indolem exprimat. Etenim l. jehovicus subjunctam habet doxologiam: ברוך יהוה אלהי ישראל מהעולם ועד העולם אמן ואמן (41, 14.), l. elohimicus hancce: ברוך יהוה אלהים אלהי ישראל עשה נפלאות לבדו : וברוך שם כבודו לעולם וימלא כבודו את־כל הארץ אמן ואמן : (72, 18. 19.). Ad calcem l. jehovici Deus nuncupatur יהוה, ad calcem elohimici יהוה אלהים, quod non fortuito, sed cogitate factum esse nemo infitiabitur, qui ea quae adhuc demonstravimus reputaverit [18]. His doxologiis nihil inest, quod aetati davidicae et omnino exilium praecedenti non conveniat, etiamsi negaverimus, 1 Chr. 16, 35. 19, 10 ss. propria Davidis verba exhiberi. Nam ברוך יהוה dictio pervetus est (Ps. 28, 6. 31, 22.), cujus primordia jam in Genesi exstant (9, 26. 14, 20.); מעולם ועד העולם (מן־העולם) non solum 1 Chr. 16, 36. (ubi Beracha Ps. 106, 48. una cum v. hujus Ps. recentioris praecedente [19]) ori Davidis inditur) et Neh. 9, 5. reperitur, sed jam in מעולם עד־עולם Psalmi mosaici 90, 2., cf. 103, 17. (Dav.) et עד־העולם 133, 3. (Dav.), habet sui similia; denique אמן ואמן (quod praeter clausulas ll. psalmicorum 41, 14. 72, 19. cf. 89, 52. nusquam Waw adjectum habet) ita geminatum non solum Neh. 8, 6. אמן אמן, sed jam Num. 5, 22. obvium est. Si quis igitur dixerit, collectionem antiquam subjectis jam illis duabus doxologiis bifariam dispertitam fuisse, comprobati e dicendi genere contrarii necessitate revinci non poterit.

Sed tamen multo credibilius est, has clausulas doxologicas in antiquiori collectione, quae illud כלו וגו׳ subjunctum habebat, nondum exstitisse. Nam primum antiquior illa collectio non intacta ad nos pervenit, sed manifesto interpositis supplementis aucta est, unde probabile fit, eam ab hoc ipso, qui eam amplificavit, duos in

18) Quintus Psalmorum liber nulla Beracha eo ipso consilio condita concluditur, quia Ps. 150. (Psalmo 149. propter versus 4. הללוהו בתף ומחול cum hujus v. 3. יהללו שמו במחול בתף similitudinem subjunctus) ipse est instar Berachae ejusque ceteris quatuor augustioris, qualis exeunti toto Psalterio optime conveniebat. Fortasse etiam propterea in hujus fine collocatus est, quia triplex הללו יה, הללו־אל, הללו־יה, quo hic Ps. a ceteris omnibus distinguitur (siquidem הללו־אל nusquam praeterea reperitur) pro expressa dispositionis ipsius Psalterii imagine habendum est. Ergo et ipsae subscriptiones duplicem Psalmorum classem testantur; inscriptiones, cum in fronte solorum Pss. jehovicorum n. Dei commemoretur, n. יהוה habent Ps. 7. 18. (ter) 36. 102., solus Ps. 90. איש האלהים (qua in dictione יהוה prorsus inauditum est).

19) *Hitzig.* et hunc et Beracham partes Psalmi esse putat, easque ex l. Chronicorum praepostere desumtas: quae opinio vix cuiquam fucum faciet.

libros additis clausulis digestam esse. Porro nihil nos movet, ut hunc amplificatorem a collectore sive redactore ceterorum librorum diversum esse judicemus; inde vero probabiliter colligitur, ab eodem qui ceteris tribus libris doxologias subjecit eas prioribus quoque duobus subjectas esse. Hic redactor (sic ulterius argumentari possumus), qui post exilium vixit (ante Chronistam, uti patet ex 1 Chr. 16, 35.), sive unus fuit sive collegium (cf. Neh. 8, 13.), collectionem antiquiorem omnibus iis Pss. veteribus, qui in eandem nondum recepti erant nec tamen interciderant, atque recentibus, quos eodem jure propter usum publicum recipi oportere censebat, adauxit eamque quinque in libros distribuit[20]). Idem cum collectionem antiquiorem ita despositam inveniret, ut primo loco jehovici Pss., secundo elohimici collocati essent, hunc ad ordinem se applicuit idque ita, ut primum elohimicis Pss. libri alterius elohimicos tertii adjungeret, deinde seriem jehovicorum denuo inceptam continuaret.

At hoc posito mirum est, cur korahiticos Pss. duos in cumulos divisos et elohimicos in altero, ceteros eosque, excepto uno (84), jehovicos in l. III. reperiamus. Neque enim credibile est, collectorem antiquum tantummodo elohimicos Korahitarum Pss. recepisse, jehovicis collectori recentiori relictis. Aeque vero incredibile est, collectorem recentiorem clausulam כלו׳ וגו׳ loco suo movisse eamque, quae primo collectioni Pss. mere davidicorum subjecta fuerat, in finem collectionis Pss. non davidicis ab ipso locupletatae et insuper in finem Ps. salomonici transtulisse. Hoc eo fit incredibilius, quod in libro secundo unus modo asa-

---

20) Hoc majorem verisimilitudinem prae se fert etiam propterea, quia Berachae illae (quantumvis nulla ex parte, quae propter dictionem antiqua esse non possit, compositae) generatim spectatae magis aetati ezra-nehemianae et quae deinceps sequitur sofericae conveniunt, quibus consuetudo talium formularum condendarum increbuit, et quia in usum non tam privatae, sed publicae lectionis (synagogalis, ut vult *Koesterus*), quae post exilium demum paullatim, definitis Paraschis et Haftaris, certis regulis adstringi coepta est, subjunctae esse videntur. V. librum meum: *Zur Geschichte der jüd. Poësie* §. 36. *(Die Beraka)*. Judaei etiamnunc ex antiquo ritu in nocte sacra, quae הושענא רבא vocatur, totum Psalterium perlegentes singulorum libb. lectionem precatione quinquefariam variata concludunt, in qua Dei gratia imploratur inter alia בזכות שמותיך הקדושים הכתובים בהם ובזכות שמותיך הקדושים הרמוזים והמצרפים בהם (per meritum sanctorum Dei nominum, quae in Pss. vel diserte leguntur vel tecte significantur). Berachas illas in usum publicae lectionis additas esse eo quoque confirmatur, quod Beracha libri secundi inter Psalmi exitum et illud כלו׳ וגו׳ media interjecta est, quia ipsa recitanda, hoc vero omittendum erat.

phicus Ps. 50. korahiticis et davidicis interpositus reperitur, quem cur collector recentior non potius inter Pss. asaphicos libri tertii retulerit, ratio nulla apparet. Probabile est igitur, collectionem illam exilio antiquiorem, ex quo tempore exstiterit, paullatim supplementis auctam esse ac collectorem post exilium degentem Pss. veteres appendicibus vel etiam memoria servatos, retenta oeconomia collectionis antiquioris, huic una cum recentioribus in ll. III — V. adjecisse[21]). Ejusmodi appendix, qua Pss. dav. jehovici collectionis antiquae aliquot item jehovicis, asaphicus (50) ceteris undecim indolis ejusdem, korahitici elohimici uno elohimico (84) convenienter dispositioni collectionis antiquae praemisso et tribus jehovicis suppleti erant, Psalmi 73 et 89 finibus continetur eaque jam redactoris tempore tam absoluta erat, ut inde singularem librum, quem Berachâ claudebat, efficeret. Tertio huic libro (17 Pss.) librum aeque parvum addidit, totidem Pss. continentem, quo novam collectionem ordiebatur. In hujus limine Ps. Mosis (90.) positus est, quo non poterat convenientius novae collectionis initium reperiri. Sequuntur Pss. maximam partem anonymi, quibus interjecti sunt davidici (cum uno Salomonis 127.), qui supererant, nullus korahiticus, nullus asaphicus, quos omnes l. I. et II. cum appendice (l. III.) continent.

In hoc igitur cum *Ewaldo* et *Vaihingero*, recentissimo Psalmorum interprete, consentio, tres partes principales esse, e quibus temporum decursu Psalterium accreverit. At pro antiquissima collectione non Ps. 1 — 41, sed 1 — 72, et pro media non 42 — 89, sed 73 — 89 habeo, quia persuadere mihi non possum, illud כלו וגו׳ (ex quo solo colligitur, collectionem ante exilium factam exstitisse) a redactore collectionis universae proprio suo loco exterminatum vel si ab ipso ad secernendos Pss. reliquorum librorum adjectum sit, non ibi positum esse, ubi collectio prisca desinebat. Neque collectionem an-

21) Utrum is qui ll. III — V. adjecit an collectionis principis auctor illud כלו וגו׳ addiderit, vix in disceptationem venire potest. Neque enim video, cur, si posterius verum sit, potius אלה וגו׳ (sicut in clausulis pentateuchicis) exspectari debeat, uti *de Wettius*, inter formulas conclusorias et discretorias (velut תמו Iob. 31, 40. עד־הנה Jer. 51, 64.) argute distinguens, asseverat (Comm. p. 18.). Scilicet a varietate formali ad diversitatem realem non valet conclusio! Quin potius illud כלו ab ipso collectionis principis auctore adjectum esse censendum est propterea, quod qui eam libro III. vel ll. III — V. supplevit, qui quidem Pss. davidicos sat multos continent, non poterat adnotare, cum libro II. „Psalmos davidicos desinere.“

tiquam tantummodo ad Ps. 41. usque pertinuisse inde probari potest, quod, si ad Ps. 72. usque pertineret, ejus auctor Ps. eundem bis (14. cf. 53.) recepisset. Nam Ps. 53. (recensio Psalmi 14. elohimica recentior) additamentum posterius insertum esse poterit, id quod propterea pro certo sumimus, quia Pss. 52. et 54. plane gemelli (uterque משכיל, uterque secundum inscriptiones 52, 2. 54, 2. fundamento historico consimili innixi, uterque in votum iisdem verbis expressum 52, 11. 54, 8. exeuntes), qui a collectore ex instituto similia similibus adjungente copulati erant, interjecto Ps. 53. (quamquam ne id ipsum quidem temere factum esse censendum est) divulsi sunt.

Quodsi primaria collectio, exceptis additamentis posterioribus, Pss. 1—72. comprehendebat, *Ewaldi* conjecturam, qua nominis אלהים in Pss. 42—83. crebritatem ex interpolatione collectoris explicare conatur, prorsus improbabilem esse liquet. *Die mittlere Sammlung*, inquit Ew., *muss durch eines Sammlers Hand gegangen sein, der überall lieber* אלהים *als* יהוה *setzte, hie und da jedoch diesen Namen stehen liess und gegen das Ende hin in dem auch nach andern Gründen sich etwas unterscheidenden Anhange* 84—89. *aus irgend einer Ursache von seiner Sitte abliess.* Nam si Pss. 42—72., demta appendice 73—89., cum Pss. 1—41. unam collectionem ad unum eundemque collectorem referendam efficiunt, inexplicabile est, cur idem collector, qui Pss. 41 jehovicos intactos reliquit, 31 qui sequuntur, sine ulla antiquitatis auctorumque reverentia interpolaverit et ad normam ipsius arbitrio excogitatam austere exegerit. Fieri quidem potuit, ut in uno alterove Ps. (velut 14. cf. 53.) sive ab uno tanquam auctorem secundarium agente sive ab ecclesia eo Ps. utente nomina Dei commutarentur, at collectorem tam impudentem fuisse, ut simul amplius 40 Psalmos eo modo transformaret, omni specie veritatis caret. Huc accedit, quod explicari prorsus non potest ejus interpolatoris inconstantia, qua et plures locos, quibus in Pss. 1—41. אלהים eodem modo, quo in sequentibus, usurpatum exstat, et locos 43, quibus יהוה in Pss. 42—83. reperitur, intactos reliquit. Quid eum movit, his ut parceret? An forte hi aciem ejus fefellerunt? Quis homines tam bardos ac pueriles tamque irreligiosos monumenta divinarum literarum deformasse crediderit?

Ceterum Ewaldus in eam conjecturam non incidisset, si id quod primus animadvertit diligentius perscrutatus intellexisset, indolem Psalmorum elohimicam non in eo duntaxat consistere, quod nomine אלהים vel solo vel crebrius quam יהוה utantur, sed inpri-

mis in usus modo et in singulari, quod adjiciendum, nmm. Dei compositorum usurpatione [22]).

---

22) Hinc Ps. 83 et 84 elohimici sunt, quamquam in utroque n. יהוה, aeque ac n. אלהים, simpliciter positum bis exstat. Tamen Psalmi 84 indoles non minus elohimica est, quam Ps. 42 (43. 63.), uti ex nn. compositis יהוה צבאות (ter), יהוה אלהים צבאות (semel), יהוה אלהים (semel) perspicuum est: quare cum *Ew.* fallitur *Hgstb.*, cum dicit (Comm. III. p. 444.): „*Ps.* 42. 43. *stehen an der Spitze der Korachitischen Elohimpsalmen, unser Ps.* (84.) *an der Spitze der Korachitischen Jehovapss., so dass also beide eigentlich unmittelbar aneinandergrenzen.*“ Nam Ps. 84. non aperit ordinem Pss. jehovicorum, sed ordinem elohimicorum concludit et eo ipso ostendit, Psalmos, qui nunc l. III. conficiunt, collectionis antiquae appendicem esse convenienter hujus ipsius ordini dispositam.

IV.

De causa atque origine duplicis (jehovicae et elohimicae) Psalmorum indolis.

Postquam argumentis haud levibus probavimus, indolem Psalmorum elohimicorum interpolatione effectam ac proinde insitivam esse non posse, adhuc in quaestione est, qua ratione explicandum sit, quod in una parte Psalmorum n. יהוה, in altera n. אלהים dominatum teneat, adeo ut ea diversitate totum Psalterium bipartito distribui possit.

Non poterit id ipsum ex temporum, quibus scripti sint, intervallo explicari. Nam 1) usus praevalens nominis אלהים recentioris aetatis indicium esse non potest; certe sententia eorum, qui usum n. אלהים posterioribus temporibus, quibus sanctius nomen יהוה pronuntiare religio fuerit, increbuisse arbitrantur [23]), omni fundamento caret atque ex ipso Psalterio facile convelli potest. Nam non solo in primo libro, qui Pss. davidicorum maximam partem continet, sed etiam in duobus libris postremis, quibus Pss. recentiores, interpo-

---

23) Sic *de Wette* ad Ps. LXVII.: „*Vielleicht liegt in dem Gottesnamen* אלהים *eine Spur*, *da man später den Namen Jehova auszusprechen scheute*“ et *Gesen.* Thes. p. 97.: „In argenteae aetatis scriptoribus, ut Ecclesiaste, Jona, Danielis libro, ita celebratur אלהים, האלהים, ut alterum nomen ab his libris fere absit, id quod nescio an sequioris aetatis superstitioni, cui sanctius illud nomen pronuntiare religio erat, tribuendum sit.“ Neutiquam — cum יהוה modo אדני modo אלהים pronuntiatum esse nullum certum in V. T. vestigium compareat et in ipsis ll. postremae aetatis (Ezr. Nehem. VIII—X. Chron.) n. יהוה saepissime ac liberrime usurpetur. In hebraica parte Danielis n. יהוה sat crebro reperitur (9, 10. יהוה אלהינו juxta אדני אלהינו v. 9.); cur ab Eccl. devitatum sit, ex interna ejus libri indole manifestum est. De Jona v. adn. 32. Ceterum si Gesenii illa opinio vera esset, argumento minus אלהים quam אדני esset habendum, quod (134es in V. T. sec. Masoram) in Pent. et generatim antiquioribus in libb. longe rarius est, quam in Pss., Proph. et inprimis Daniele. Etiam *Ewaldus* l. l. p. 192 s. immixta ista inani opinione quaestionem, de qua agitur, non enodat, sed perturbat.

sitis aliquot priscis, continentur, n. יהוה dominatur ac demto Ps. 108, qui ex duobus elohimicis coaluit, n. אלהים, id quod profecto mirandum est, semel tantummodo obvium est idque insuper in Ps. Davidis nomen gerente (144, 9.). In Psalmis graduum, quorum המעלות ex Ezr. 7, 9. explicari solet vel quorum certe maxima pars ad tempora exeuntis vel superati exilii refertur, n. אלהים nusquam reperitur, n. יהוה semel et quinquagies [24]). Ex his liquidum est, n. אלהים (id quod item valet de n. אדני) nullo modo aetatis, quae dicitur, argenteae vestigium esse [25]). Tantum abest, ut hoc ullam veri speciem habeat, ut contrarium simile veri videatur. At 2) n. אלהים etiam antiquioris aetatis, qua Psalmi scripti sint, per semet ipsum non est firmum testimonium; nam hoc facile concedetur, quum inter Pss. jehovicos vere davidicos esse, tum inter elohimicos non solum tales, quorum aetas Davidi aequalis vel suppar argumentis gravissimis comprobari possit, verum etiam tales, qui, velut 74. 79., post invasionem chaldaicam exilii tempore conscripti esse censendi sint. De plerisque critici in alia omnia discedunt [26]). Nam Ps. 68., quem *Ew.* ad tempus post exilium refert, *Hitz.* paullo post Davidem scriptum existimat, et Ps. 62. (in quo אלהים septies), quem *Hitz.* in tempora Seleucidarum et Ptolemaeorum ablegat, mediae post Davidem aetati assignat *Ewaldus*. Ergo ex usu nnm. יהוה aut אלהים aetas

---

24) Non quinquies et quadragies, uti Gesenius l. l. oscitanter numeravit.

25) *Ewaldus*, qui Psalmorum 42—83. nullum Davidi vel poëtis ejus aequalibus attribuit, usum nominis אלהים poterat poesis psalmicae mediae aetatis proprium dicere, nisi Pss. elohimicorum permultos (velut 66—68. 47. 66. 73. 77. 78. etc.) tempori exilium insecuto assignaret.

26) De authentia Psalmi 77. v. Comm. meum in Habac. p. 118—125.; de authentia Ps. 78.: *C. P. Caspari*, *Lutherische Zeitschrift* 1844, 3. p. 96—107. Authentiam Ps. 50. vel *de Wettius* concedit; aliquot alios ab Asapho et Korahitis Davidis aequalibus profectos esse posse non negat (*Einl.* §. 269.), unde satis apparet, indolem elohimicam indicium aetatis auctorum non esse, nullo certe modo recentioris, uti *de Wettius* contendit (ib. §. 271, e). Ceterum Pss. elohim. recentiorum triplex genus est: 1) tales, qui ad elohimicorum exemplum facti sunt, velut Ps. 43. ad exemplum elohimicorum in universum ac speciatim Ps. 42. factus, quocum neutiquam eundem Ps. efficit, ut Psalmi 42. perfectio, ipsius facilior dictio et mos collectoris, Psalmos recentiores anonymos antiquis, quorum similes sunt, adjungendi (in autographo fortasse literis minusculis) apparet; 2) tales, qui, libere conditi, nihil nisi nominis אלהים usurpandi consuetudinem imitantur, velut 74. 79. al.; 3) tales, qui vel toti vel partim ex jehovicis in elohimicos transfusi sunt, velut 70. 71.

scriptoris certo concludi nequit, quamquam, si fides sit inscriptionibus (quibus tantummodo 4 Pss. elohimici destituti sunt), si non omnibus, certe plurimis, hoc asseri potest, morem illum usurpandi in Pss. n. אלהים Davidis Salomonisque temporibus valuisse vel invaluisse [27]).

Omnino demonstrari non potest, usum n. אלהים ullo tempore literarum hebr. praevaluisse. Liber Chronicorum (cum Neh. VIII—XIII.), sicut ll. historici omnes a Jos. usque ad l. Regum, juxta n. יהוה, quod sane longe usitatius, satis crebro n. (ה)אלהים utuntur; etiam in l. Ezrae et in hebr. parte Danielis modo האלהים (non אלהים), modo יהוה dicitur, in hac saepius אדני. Dominatur n. (ה)אלהים in capp. Neh. I—VII. et in l. Jonae, neque unquam יהוה ejus vice usurpatur in l. Eccles. et, demtis prol., epil. et inde a c. 38. formulis introd., in ipso corpore l. Iobi, excepto uno loco 12, 9. [28]). Contra in ceteris ll. V. T. אלהים rarissime ut Dei n. proprium adhibetur: a *Jesaia* septies (13, 19. 35, 4. 37, 4. 17. אלהים חי; 53, 4. 58, 2. 64, 3.), ab *Hosea* ter (4, 1. 6, 6. דעת אלהים; 12, 4.), ab *Amoso* semel (4, 11.), a *Micha* semel (3, 7.), a *Jeremia* ter (23, 36. אלהים חיים cf. 10, 10.; 50, 40.; 11, 12. האלהים, nunquam in Threnis), ab *Ezechiele* novies (1, 1. 8, 3. 40, 2. מראות אלהים; רוח אלהים 11, 24.; גן אלהים 28, 13. 31, 8. 9. הר אלהים 28, 14. 16.), a *Sacharja* semel (8, 23. in ore gentilium), a *Malachia* quinquies (2, 15. 3, 8. 14. 15. 18.), in *Proverbiis* ter (2, 5. parall. יהוה; 3, 4. opp. אדם; 25, 2. opp. מלכים). Plerorumque horum locorum ea est ratio, quae n. אלהים necessario flagitet;

---

27) Pss. elohimicos magnam partem perantiquos esse, etiam inde concludi potest, quod tritum illud למנצח (quod in Psalterio 55ᵉˢ, non, ut vulgo numeratur, 54ᵉˢ reperitur: 19ᵉˢ in l. I., 25ᵉˢ in l. II., 8ᵉˢ in l. III., ter in l. V. et semper quidem, Pss. duobus anonymis 66. 67. exceptis, in fronte Pss. antiquis auctoribus adscriptorum: 39 Davidis, 9 Korahitarum, 5 Asaphi) triginta Pss. elohimicis praefixum legitur; porro inde, quod nota musica סלה (v. Comm. meum in Hab. p. 127 s.), quae 17ᵉˢ in l. I., 30ᵉˢ in l. II., 20ᵉˢ in l. III., quater in l. V. (ergo 71ᵉˢ, non 73ᵉˢ, uti *Hengstenb.* Comm. I. p. 61., *Gesenium* Thes. p. 955. secutus, numerat) et, exceptis Pss. anonymis 66. 67., tantummodo in Pss. antiquis auctoribus adscriptis reperitur, creberrimum (39ᵉˢ) est in Pss. elohimicis.

28). Cujus exceptionis (de qua *Hgst.*, Authentie des Pent. I. p. 304.: „*der Name Jehova grade an der Spitze der erhabensten Schilderung von Gottes Herrlichkeit*“) non possum aliam causam agnoscere, nisi quod bis אֱלוֹהַּ, semel אֵל praecessit et fortasse quod יד־יהוה dictio usu sancita est (vel in ipsa illa formula: כי יד־יהוה עשתה זאת Jes. 41, 20. cf. 66, 2.), quare etiam Ps. 75, 9. elohimicus ea utitur — quamquam cum alias יד אלהים 1 Sam. 5, 11. tum in l. Iobi יד אלוה 19, 21. sive יד אל 27, 11. et in simili contextu שדי, אל et אלוה promiscue dicuntur 138, 4. 34, 12—15. 27, 3. 8.

quatuor locis ad res in primo l. Pentateuchi narratas respicitur: Jes. 13, 19. Am. 4, 11. Jer. 50, 40. Hos. 12, 4. Semel tantummodo אלהים vocative dicitur Jes. 64, 3. Unde evidenter apparet, nullo tempore n. אלהים instar nominis proprii usurpari non solitum esse, ita vero, ut historica pars literarum hebraicarum eo (pariter ac n. יהוה) cumulatissime uteretur, prophetica et poetica contra rarissime, exceptis solis Psalmis, quorum quadraginta tres eo nomine mirum quantum delectantur. Quaenam igitur ejus exceptionis causa est, si aetati uni, qua scripti sint, adjudicari, ut vidimus, nequeat?

Accedit, quod libri sacri ejus commutationis nominum Dei, quae in Pss. secundariis et locis Pss. elohimicorum aliunde petitis conspicua est, nihil simile ostendunt, nisi quod Habac. 3, 3. n. יהוה Dt. 33, 2. in אלוה commutavit (sicut Ps. 68, 3. n. יהוה Jud. 5, 4. in אלהים); porro quod et Psalmi *Hiskiae* (Jes. 38., in quo ter יהוה, bis יה, semel אדני) et Psalmi *Jonae* (in quo quater יהוה, cum vicissim pars libri historica n. אלהים frequentet), quemadmodum omnium omnino cantionum sacrarum, quae extra Psalterium nobis servatae sunt (Ex. 15. Dt. 32. Jud. 5. 1 Sam. 2.), indoles est jehovica; denique quod neque Psalmi in libros historicos recepti (2 Sam. 22. 1 Chr. 16, 8 — 36. 2 Chr. 6, 41. 42.) neque loci Prophetarum cum Pss. concinentes (Jes. 12. cf. 25. 26. Mi. 7. Jer. 17, 5 — 8.) similem nominis יהוה cum אלהים vicissitudinem exhibent, ne Habacucus quidem, qui, si quis alius, ad Psalmorum elohimicorum internam indolem crebris locis quam proxime accedit [29]). Hic האל Ps. 18 (v. 33.) jehovici convertit 3, 19. in יהוה אדני (cf. 68, 21.), at 3, 10. n. אלהים Ps. elohimici 77 (v. 17.), quem imitatur, aliis vocabulis exaequat. Ergo usus praecipuus nominis אלהים, qualis in parte Psalmorum hac in re, ut primo aspectu patet [30]), plurimum a ceteris dissidentium dominatur, tam singularis est, ut in tota poesi Veteris Test. atque omnino in Scriptura S. nihil cum eo conferri queat [31]).

Quemadmodum proprietatis Pss. elohimicorum causa neque collectoris interpolatio esse potest neque eorum aetas vel antiquior vel

29) Asaphicorum potissimum et Psalmi 68., v. Comm. meum p. 122.

30) Confer modo Ps. 41, 2—5. cum 42, 2—5. (illic 4es יהוה, hic 4es אלהים), quorum unum alteri succedere putes, ut discrimen illico persentiscatur.

31) Nam quod scriptores sacri alii alio nomine sancto delectantur, quod v. c. Nehemia (c. I—VII.) prope unice (exc. 1, 5. יהוה; 1, 11. 4, 8. אדני) n. (ה)אלהים utitur (v. *Hävernick* Einl. II, 1. p. 306.) et ep. ad Hebr. n. comp. Ἰησοῦς Χριστὸς (exceptis tribus fere locis) evitat, tam dissimile est quam simile.

recentior, sic in singulari nominis אלהים prae n. יהוה apud auctores caritate sita esse nequit. Nam non solum inter elohimicos Pss., verum etiam inter jehovicos multi sunt, qui justis rationibus Davidi et Korahitis abjudicari nequeunt; solorum Pss. לאסף inscriptorum ad unum omnium indoles elohimica est communis. Etiam in generibus carminum, ad quae Pss. elohimicos inscriptiones referunt, causa frequentati n. אלהים quaerenda non est; nam nullum est genus Pss. elohimicorum (מזמור, שיר 46. cf. 18., מזמור שיר, שיר מזמור, משכיל, מכתם), ad quod non item Pss. jehovici referantur, neque Psalmis elohimicis משכיל (novem) et מכתם (quinque) inscriptis cum jehovicis eadem nmm. (משכיל 32. 88. 89. 142. מכתם 16.) gerentibus in usu nominum Dei quicquam necessitudinis intercedit.

Porro difficilis haec quaestio neutiquam ita dissolvi poterit, ut n. אלהים omnibus locis, quibus in Pss. elohimicis invenitur, consulto positum esse supponamus. Nam etiamsi hoc jure supponi potest, quoniam scriptores sacri salva ipsorum gravitate temere atque inconsiderate eo usi esse censeri non possunt, tamen ut eo uterentur, si non in omnibus, certe in plerisque locis nulla iis imposita erat necessitas [32]). Verum est, id quod supra vidimus, Pss. jehovicos n. אלהים,

32) Cf. quae in adn. 7. de alterno nominis יהוה et אלהים in Pss. elohim. usu disseruimus. Illustre in hac re documentum est l. *Jonae*. In hoc nautae Deum האלהים appellant 1, 6. idque si scriptorem consideramus, non consulto solum, sed necessario, utpote Deum Israelis ignorantes vel non agnoscentes. Porro Deus, quatenus a Ninevitis poenitentibus imploratur eorumque commiseretur, (ה)אלהים nuncupatur 3, 5—10. idque consulto, at non necessario. Nam postquam propheta verbum Jehovae non sine fructu iis nuntiavit, Deus hic eodem jure יהוה nuncupari poterat, quo 1, 10—16., ubi de nautis divinum Dei prophetae numen agnoscentibus sermo est. Miram nominum Dei vicissitudinem c. IV. exhibet. Hic Deus, narratione a Ninevitis ad prophetam transeunte, rursus יהוה vocatur v. 1—5., deinde, ubi portentosa prophetae confutatio refertur, n. יהוה אלהים succedit, quod האלהים et אלהים deinceps sequuntur v. 6—9., denique hoc cap. et totus liber in n. יהוה, quo inceperant, desinunt v. 10. Haec omnia non sine consilio facta et inprimis יהוה־אלהים v. 6. exquisite cogitateque positum esse nemo facile negaverit; at quod consulto factum est, non item necessario factum esse aeque certum est. Etenim primum vix dicere poteris, quo consilio v. 9. אלהים, non, sicut v. 4., יהוה scriptum sit, nisi quod hoc v. scriptor id ipsum nomen retinuit, quo in vv. praecedentibus usus erat. Deinde in וימן יהוה אלהים v. 6., וימן האלהים v. 7., וימן אלהים v. 8. eodem jure יהוה adhiberi potuisse, inde elucet, quod 1, 4. Deus, qui tempestatem concitavit, 2, 1. qui piscem adduxit (וימן יהוה), 2, 11. cujus nutu prophetam evomuit, non אלהים, sed simpliciter יהוה vocatur. Hoc ii, qui originis Pentateuchi unitatem, quatenus propter nominum Dei vicissitudinem addubitata est, defenderunt, probe

paucis locis exceptis, non usurpare, nisi ubi יהוה non erat accommodatum, sed aeque verum est, elohimicos eo uti etiam ibi, ubi יהוה erat accommodatissimum, vel ejusmodi in contextu, in quo sive alias in Psalterio sive in locis aliorum librorum V. T., quos ante oculos habent, ipsum illud יהוה scriptum legitur. Accedit, quod in universum n. אלהים pro significatu suo latiore nomini יהוה ubivis substitui potest (non vice versa) et quod Pss. elohimici n. אלהים vi nominis proprii tanta cum notionis gravitate de Deo vero usurpant, ut plurimis in locis nomen יהוה aequiparet et cum eo commutari possit. Licet igitur exstent loci, quibus scriptores nomine אלהים utentes necessitati paruisse dicendi sint (vel grammaticae, velut 58, 12., vel logicae, velut 59, 14.), tamen in longe plurimis eodem jure יהוה poni poterat, quippe cum non de Deo tanquam theologiae naturalis objecto sermo sit, sed de Deo revelato, qui inclitum sibi nomen fecit, de Deo Israelis, qui Hierosolymis in templo residet, de Deo gratiae ac salutis, uno verbo de *Elohim*, qui speciali revelatione se *Jehovam* praestitit, ac tamen universali suo dominio totum orbem complectitur: quare indoles Pss. aliorum elohimica, aliorum jehovica etiam ex adhibiti אלהים aut יהוה necessitate explicari nequit [33]). Quomodo igitur factum

---

expendere debebant, in his *Hengstenbergius*, qui hoc illudve Dei nomen contextus naturâ vel scriptoris consilio necessario requiri per singula Pentateuchi capp. demonstrare posse sibi visus est. — Idem numerum quoque nominum Dei (id quod strictim tantum hoc loco attingere possumus) plurimis in Pss. consulto delectum esse et significationem symbolicam habere arbitratur; n. Dei ter repetitum benedictionem sacerdotalem, quinquies id quod imperfectum est et dimidiatum, septies foedus Jehovae et Israelis, decies perfectionem, duodecies foedus et populum foederis innuere ait, quae conjectura, ab eo acriter defensa, in oeconomia singulorum Pss. definienda maximi est apud ipsum ponderis. At si primum et quartum librum Psalmorum perlustraveris, nomen Dei (Jehovae) omnium omnino numerorum ordinem percurrere, nullum numerum ceteris dignitate antepositum videbis; nam bis reperitur n. יהוה in Pss. 1. 8. 15. 23. 36. 39. 90. 91. 101.; ter 2. 13. 17. 38. 95.; quater 14. 16. 21. 32. 100.; quinquies 4. 5. 10. 11. 12. 20. 28. 41. 93. 105.; sexies 3. 22. 24. 26. 97. 98.; septies 7. 19. 92. 99. 102.; octies 6. 35. 104. 106.; novies 9. 40. 94. (et bis יה); decies 25. 30. 31.; undecies 96. 103.; duodecies 33.; decies ter 27.; decies quinquies 37.; decies sexies 18. 34.; decies octies 29. Unde sat luculente apparet, Psalmistas numerum nominis divini in Psalmis ipsorum eligendum non esse praemeditatos.

33) Hoc ipse *Hengstenbergius* concedit, cum animadvertit: „*An einer Menge von Stellen, namentlich in den Psalmen, wird das Elohim gewählt mit Rücksicht auf den Misbrauch des Jehova, welcher den an und für sich stärkeren Namen in den schwächeren verwandelte*“ (Authentie des Pent. t. I. p. 299.).

est, ut ea duo Psalmorum genera existerent? Sic iterum atque iterum sciscitamur.

His omnibus, quae speciem causae fallacem prae se ferunt, confutatis, nihil restat, nisi ut censeamus, temporibus Davidis (quibus aliquot Pss. elohimicorum assignandos esse firmis, ut ponimus, argumentis demonstrari potest) genus Psalmorum duplex obtinuisse, cujus differentia in diverso nominum Dei usu constiterit. Quemadmodum pars Psalmorum stropharum numero ac dispositione, rhythmo vel etiam ordine versuum acrostichico a ceteris differt, quemadmodum porro ex eorum inscriptionibus maximam partem obscurissimis certo hoc perspicuum est, complures Psalmorum species exstitisse sive argumento ejusque tractatione sive natura sua poetica et musica hoc illove modo, qui nos latet, inter sese diversas: sic juxta vulgare Pss. jehovicorum genus aliud nominis אלהים cumulatione insigne increbuit atque ea ratione institutum est, ut psalmodia nominum Dei sanctissimorum utrumque debito honore prosequeretur eorumque alternis semet ipsam luminibus ornaret [34]).

Fieri sane potuit, ut hic illic n. אלהים nomini יהוה utpote trito ac pervulgato substitueretur, quemadmodum nomini populi Dei ישראל tam sancto quam decantato substituuntur nn. יעקב (quod Micha, in hoc a Jesaia discrepans, et Korahitae 47, 5. 84, 9. 85, 2. 87, 2. adamant) et יוסף (quo juxta ישראל et יעקב interdum utitur Asaphus 77, 16. 80, 2. 81, 6.). At causa constanter adhibiti in Pss. XLIII nominis אלהים in eo inesse nequit, cum Psalmos utriusque indolis ab iisdem auctoribus profectos habeamus.

34) Nam in hoc non possum cum *Hengstenbergio* consentire, quod n. אלהים, postquam a v. אָלַהּ = أَلَهَ (timere, revereri) derivavit, cum potius a v. אָלַהּ = אָלָה, אול (robustum, potentem esse) derivandum sit, inferiorem cognitionis Dei gradum repraesentare et merum dependentiae sensum exprimere ait. Haec opinio praejudicata causae Pentateuchi ab eo tam fidenter quam sagaciter actae multum offecit. Etenim n. אלהים non quid homines duntaxat de Deo sentiant, sed qualis sit in semet ipso, effert et omnipotentem ejus naturam simul cum vita ejus immanente denotat, Deum quatenus vitam omnipotentem habet in semet ipso ac proinde omnis vitae et principium est et finis. Revelatio mysterii trinitatis pro hujus nominis explicatione habenda est. Contra n. יהוה Deus assumsit, quatenus progressionem generis humani a principio ad finem ipse per aetatum decursum gubernat et intra limites spatii et temporis salutariter se manifestat: quae manifestatio in V. T. gentis israeliticae terminis praeparatorie adstricta erat, donec in hac ipsa gente Jehova humanam naturam sibi uniret nominisque sui vim facinore longe gloriosiore, quam liberatione ex Aegypto, declararet. Incarnatio pro nominis יהוה explicatione habenda est; nam qua de causa et quo consilio Deus in V. T. Jehova nuncupetur, in facie Jesu Christi eluceseit. Hinc factum est, ut sermo Novi T.

Quisnam ejus moris auctor fuerit, certo definiri nequit. Forsitan jam in scholis propheticis a Samuele institutis obtinuit (cujus aetate n. יהוה צבאות, nondum illud in Pentateucho usitatum, usu receptum esse videtur); potest vero etiam Psalmistarum aliquis eum morem introduxisse, potest ipse Davides eum praeivisse, quippe qui principem in poesi lyrica locum teneat quemque vix cujusquam imitatorem ceteri omnes aemulati sunt. Quo posito, *Davidis* exemplum secuti esse Korahitae atque inprimis Asaphus dicendi sunt, quorum carmina deinceps Pss. elohimicorum recentiorum auctores exemplar sibi proposuerunt [35]). Invaluisse vero hunc morem aetate davidica, inde probabile est, quod hac aetate, qua populus Dei nondum in servitutem ac proinde necessitudinem ullius populi majoris idololatriae dediti venerat et hujus illecebris nondum erat illaqueatus, n. אלהים de Deo vero instar n. proprii multo securius usurpari poterat, quam aetate regni assyriaci et babylonici, qua a prophetis Diis fictitiis (אלהים) gentium Jehova opponitur et iterum iterumque inculcandum erat, Jehovam esse (חיים) אלהים חי (Jes. 37, 4. 17. Jer. 10, 10.) neque esse אלהים praeter solum Jehovam (Jes. 37, 16. et crebro in parte hujus proph. altera). Hac aetate, qua prophetia nomen אלהים creberrime sensu profano (אלהים אחרים) usurpare coacta erat, n. יהוה nomini אלהים ab omnibus omnino Prophetis atque etiam a Psalmistis recentioribus pro intima psalmodiae cum prophetia necessitudine jure praefertur [36]): quare dominantem nominis אלהים ut proprii usum pro

---

nomine יהוה carere posset; nam sicut nomini אלהים n. *Θεός* cum insita notione trinitatis successit, sic nomini יהוה n. *τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ* (Hebr. 10, 8.), cujus reditu ad judicium notio *τοῦ ἐσομένου* s. *ἐρχομένου*, quae n. יהוה aeque ac notio *τοῦ ὄντος καὶ τοῦ ἦν* inest, perfecte expletur; donec superata per universalem resurrectionem morte absolutoque per eum, qui est salutis progredientis *A* et *Ω*, *ἀρχηγός* et *τελειωτής*, redemtionis opere *ὁ Θεός* (h. e. האלהים) erit *τὰ πάντα ἐν πᾶσιν* (1 Cor. 15, 28.). Cf. librum meum „*Die biblisch-prophetische Theologie*“ cet. p. 120—122.

35) Nam sicut aliquot Psalmi, quibus davidici exemplo fuerunt, לדוד inscripti sunt (velut Ps. 53. 70. 108.), sic quidam Pss. לאסף inscripti videntur, non quod ab Asaphitis (quo posito לבני אסף 2 Chr. 20, 14. 29, 13. Ezr. 2, 41. cf. Neh. 7, 44., quemadmodum לבני קרח, inscribi debebant) profecti sint, sed quia ad asaphicorum similitudinem conditi sunt (ע"ד סגנון ומליצת זה המשורר, uti in Proll. hebraicis suis observat *Joel Loewe*), praesertim cum historia nullos alios Pss. asaphicos, nisi ab aequali Davidis conditos noverit 2 Chr. 29, 30. Neh. 12, 46.

36) Nam, ut Ps. 96, 5. (cf. 97, 7. 105.) ait, כל אלהי העמים אלילים ויהוה שמים עשה. Ejusmodi loci solis in Pss. anonymis reperiuntur; in ceteris tantummodo idololatriae temporis mosaici mentio fit (78, 58. 81, 10.), praesens

indicio Pss. aut antiquissimorum aut recentium indolem antiquissimorum imitatione exprimentium (cf. v. c. Ps. 43. cum 42.) habemus.

Verisimile est autem, Psalmodiam, dum Pss. modo jehovicos modo elohimicos pangit, Pentateuchi vestigia secutam esse. Nam hoc aliunde quoque constat, Psalmos ad Thoram penitus se applicare et praecipue ea quae in Genesi de creatione (Ps. 104. 8.) et in hac ceterisque libris de Patriarcharum et populi Israelitici rebus gestis (78. 105. 106. 114.) memoriae traduntur, in Psalmis studiose repeti, ad multa alia crebro ac varie alludi. Generatim dici potest, Psalterium Thorae resonare et vocem ecclesiae esse, qua vox Jehovae in Lege ad ipsam directa reciprocatur. Hinc Psalterium ab encomio Thorae orditur; hinc, ut Epiphanius recte observat, Psalterium *διεῖλον εἰς πέντε βιβλία οἱ Ἑβραῖοι, ὥστε εἶναι καὶ αὐτὸ ἄλλην πεντάτευχον.* Nam quemadmodum Thora חומש Jehovae est ad ecclesiam directum, sic Psalterium חומש ecclesiae est quod Jehovae dicavit.

Aegre vero negari poterit, dispositionem Psalterii habita vicissitudinis capitum Pentateuchi (usque ad Ex. VI.) elohimicorum et jehovicorum ratione factam esse. Nam cum in Genesi caput elohimicum antecedat, jehovica sequantur, inverso ordine in Psalterio Pss. jehovici elohimicis excipiuntur. Observandum est quoque, Psalterium Psalmis jehovicis ordiens ad Pentateuchum in Deuteronomium jehovicum desinentem simili modo se adjungere, ac librum Josuae; nam Ps. primus manifesta verborum והגית בו יומם ולילה למען תשמר לעשות ככל־ הכתוב בו כי אז תצליח את דרכיך ואז תשכיל Jos. 1, 8. dilatatione ortus est. Quemadmodum vero in Genesi altera sectio (2, 4—3 fin.) constanter nomine יהוה אלהים utitur, sic alter quoque Psalterii liber doxologiam ברוך יהוה אלהים וגו׳ subscriptam habet, cum ad calcem ceterorum librorum simpliciter ברוך יהוה dicatur. Hinc sponte, credo, adducimur, ut ipsam illam consuetudinem utendi in Pss. modo nomine יהוה modo n. אלהים (idque, ut vidimus [37]), non tam minuta atque anxia cum diligentia, ut alterutrum nomen prorsus devitetur) Pen-

nulla commemoratur (uno loco excepto 16, 4., cujus interpretatio controversa est) vel plane negatur (44, 21.).

37) Etenim et in Pss. jehovicis אלהים et in elohimicis (idque crebrius) adhibetur יהוה, unde de interpolationibus, quae feruntur, partium Pentateuchi vel elohimicorum, velut Gen. 5, 29. 7, 16. 20, 18. 21, 1. 33. 22, 11 25, 21. 28, 21 al., vel etiam jehovicorum, velut Gen. 19, 29. 28, 17., haudquaquam bonum praejudicium oritur.

tateuchi imitatione natam esse suspicemur[38]. Qua quidem de re sive sic sive aliter judicas, certo hoc efficitur, Psalmorum bipartitam in jehovicos et elohimicos divisionem habere aliquid momenti ac ponderis ad quaestionem de Pentateuchi natura ac dispositione dijudicandam, quod quidem quale quantumque sit, alio loco, nisi quis nos praeveniat, examinabimus.

---

38) At nihil nisi hanc ipsam nominum Dei vicissitudinem psalmodia imitata est eamque tam libere, ut ne in usu quidem eorum nominum ad Pentateuchi ductum sollicite se applicet, id quod inde apparet, quod Pss. Deum creatorem celebrantes, quamvis capiti Genesis primo innitantur, omnes jehovici sunt (non, ut exspectaveris, elohimici) et quod adeo compluribus in locis e Pent. desumtis n. יהוה, quod ibi exstat, cum n. אלהים, ut supra vidimus, commutatum est. Quae cum ita sint, miros nos habere non poterit, quod ceterarum proprietatum, quibus elohimicae Pentateuchi partes a jehovicis differre perhibentur, in Pss. elohimicis vix ullum vestigium reperitur (cf. שדי 68, 15. 91, 1.; ויפר 105, 24.; אחזה 2, 8.; לחק 105, 10.; בית מגורי 119, 54., quare etiam מלאך יהוה 34, 8. 35, 5. 6. יד חזקה 136, 12. in censum venire non possunt).

DE
ORDINE PSALMORUM
EJUSQUE CAUSIS AC LEGIBUS.

I.

De lege summa analogiae in ordinandis Psalmis observata.

Singulos Psalterii Psalmos non esse chronologice digestos, ex iis Psalmis davidicis, quorum origines historicae in ipsorum inscriptionibus adnotatae sunt, luculente apparet. Etenim hos (3. 7. 18. 34. 51. 54. 55. 56. 57. 59. 60. 63. 142.) non temporum serie, quibus orti sunt, inter sese connexos esse primo adspectu intelligitur. In ipso limine libri I. Psalmus, ut inscriptio fert, tempore persecutionis absalomicae conditus (3) antecedit alteri, qui ad tempus persecutionis saulicae refertur (7); ergo neque collector primus neque redactor postremus in mente habebat, Psalmos davidicos vel etiam (id quod per se inde sequitur) ceteros in ordinem chronologicum redigere.

Nihilo minus concedi oportet, Psalterium, generatim atque universe spectatum, quendam chronologicum ordinem exhibere. Nam hoc inter omnes constat, libros I — III. maximam partem Psalmorum antiquissimorum continere, libros IV. et V. Pss. maximam partem recentiores sive exilii aetate scriptos. At hanc ordinis chronologici speciem magis ad Psalterii ortum, quam ad redactoris postremi consilium referri oportet. Neque enim hic primus Psalmos omnes usque ad ipsius aetatem dispersos unum in corpus collegit, sed exstabat jam (nescimus ex quo tempore) collectio Psalmorum 1 — 72. cum appendice 73 — 89., quae quidem integra et, si additamenta nonnulla sive temporum decursu sive ab ipso inferta dempseris, intacta in corpus Psalterii recepta est. Hoc eo ortum est, quod ad collectionem vetustam ejusque appendicem Psalmi et recens facti et antiqui eo usque nondum recepti accesserunt. At quamquam librum IV. Psalmus Mosis

vetustissimus inchoat, id quod dispositionis chronologicae consilium innuere videtur, tamen Psalmi davidici, qui hunc subsequi debebant, per libros duos postremos dispersi sunt (101. 103. 122. 124. 131. 133.); tantummodo bis plures eorum catervatim dispositi (108—110. 138—145) reperiuntur. Psalmus Salomonis 127. anonymis et davidicis utrinque cingitur. Ergo etsi aliquatenus quaedam chronologica dispositio ultro se obtulit, tamen redactor eam non quaesiit et in singulorum Psalmorum collocatione temporis ordinem non curavit.

Quodsi Psalterium ad temporum ordinem dispositum non est nec tamen pro credibili sumendum, Psalmos inconsulte, prout se offerebant, coacervatos esse, quaeritur, quanam ratione compositi sint et qualem ordinem non chronologicum, sed realem exhibeant.

1) Primum generatim dici potest, Psalmos auctorum eorundem, uti in l. I—III. davidicos, asaphicos, korahiticos, una junctos esse. Quaeritur vero, quidnam collectori ansam dederit ad hos ipsos inter sese hoc quem videmus ordine disponendos. Accedit quod non solum in l. IV. et V., sed etiam in l. I—III. Psalmis davidicis anonymi admixti sunt; hos posterius injectos esse probabile est, at causam quaerimus, cur hoc illove loco huic, non alii Ps. davidico annexi sint. Porro mirum est, cur Pss. davidici libri I. et II. interposita priore korahiticorum caterva interrupti sint. Denique miros nos tenet, quod Pss. davidici in ll. IV. et V. non continua serie deinceps collocati sunt et quod anonymi ab iis non segregati. Hoc qua ratione adductus collector facere omiserit, sciscitamur.

2) Cur Pss. davidici libri II. a davidicis libri I. sejuncti sint, facile dictu est; nam indoles horum, ut vidimus, jehovica, illorum elohimica est. Quod vero Ps. 84. korahiticus, qui et ipse, ut demonstravimus, indolis elohimicae est, et Ps. 50. asaphicus, cujus cum ceteris asaphicis omnibus indoles elohimica communis, a ceteris eorundem auctorum sejuncti sunt, ex historia collectionis dijudicandum est. Etenim l. III. appendicem exhibet, qua collectio vetustissima (l. I. et II.) posterius suppleta est; in hac Pss. jehovici praecedunt, elohimici sequuntur, in appendice ad eum ordinem se applicante elohimici praecedunt, jehovici sequuntur. Remanet autem quaestio, cur neque inter Pss. jehovicos et elohimicos ii, qui ad eosdem auctores referuntur, constanter compositi sint; nam et davidicis et korahiticis medii interpositi sunt anonymi (43. 66. 67. 71.), korahiticis semel davidicus (86). Insuper scire avemus, quam ad normam Psalmi eorundem auctorum conjunctim positi hoc qui ante oculos est ordine, non alio se mutuo excipiant.

3) Adjiciendum est, non solum Psalmos eorundem auctorum, sed etiam tales, qui ad idem carminum genus pertinent vel ad eundem cantionis modum referuntur, aliquando copulari, velut

שיר המעלות	120 — 134.
משכיל	44 — 45. 52 — 55. 88 — 89.
מכתם	56 — 60 (אל־תשחת 57 — 59).
הודו	105 — 107.
הללו־יה	111 — 113. 146 — 150.
	104 — 106. 115 — 117.

Mirandum est vero, Psalmos מזמור, שיר, מזמור שיר, שיר מזמור inscriptos promiscue per totum Psalterium dispersos esse (ita ut v. c. Pss. שיר inscriptorum 45—46; 65—68; 75—76; 87—88 conjunctio non consilio, sed casu effecta esse videatur); deinde aequalitatis inscriptionum musicarum (nisi forte בנגינות 54 — 55. excipere velis) nullam plane rationem habitam esse; denique Psalmos neque generis משכיל neque generis הודו et הללו־יה omnino omnes serie continua se excipere. Nam etsi liquet, cur Ps. Maskil 32 et Michtam 16 (davidicus, ut omnes *Michtammim*) a ceteris sui generis secreti sint — jehovici enim sunt, sicut Mask. 142., ceteri elohimici — et cur Pss. Mask. elohimici 44 — 45 (Korahitarum), 52 — 55 (Davidis) et 88 — 89 (Esrahitarum) compositi sint — hoc enim propter eosdem auctores factum —: tamen non intelligitur, cur Pss. Mask. asaphici 74 et 78 seorsim positi sint, porro cur Psalmi Hodu et Halleluja, additis Pss. 118. 136; 135 utpote ad eadem genera pertinentibus, non sint unum in locum congregati. Soli Pss. graduum ad unum omnes se excipiunt idque fortasse propterea, quia redactor hos jam tum singularem in librum relatos repererat. Rursus igitur quaestio suboritur, quidnam moverit collectores, ut vel aequaliter inscriptos Pss. divellerent, et quanam ratione ipsos illos Psalmos, quos propter inscriptionum aequalitatem composuisse videntur, inter sese digesserint. Nihil restat, nisi ut eos in ipsorum Psalmorum interiori indole h. e. eorum sive argumento et sententiis sive sermone et dicendi genere oculos defixisse conjiciamus [1]).

1) Nam non sine Scripturae S. dedecore inter veteres cum *Lyrano*, inter recentiores cum *Joele Loewio* de omni Psalterii ordine desperare poterimus (לא נמצא בהם סדור כלל), quod quidem dedecus ita non tollitur, si Psalterium paullatim accrevisse dicimus; nam et in singulis collectionibus, e quibus Psalterium compositum est, et in toto utpote quod quinquefariam dispertitum ad

Haec conjectura, re accuratius examinata, mirifice comprobatur. Etenim facile intelligitur,

a) seriem Psalmorum ad eosdem auctores relatorum non aliis Psalmis interpositis interrumpi, nisi talibus, qui praecedentibus aliqua ratione in oculos incurrente consimiles sint. Psalmo david. 9. subjicitur anonymus 10, quia in utroque praeter alia similia לעתות בצרה (9, 10. 10, 1.) reperitur; Psalmo david. 32 anonymus 33, quia ille in acclamatione שמחו בה׳ וגילו צדיקים desinit, hic acclamatione רננו צדיקים בה׳ orditur. Cur Psalmo korahitico 42 subjectus sit Ps. 43 (qui perperam pro Psalmi 42 stropha tertia habitus est), tam perspicuum est, ut oculis judicare possis.

b) Etiam series Psalmorum ad idem carminum genus pertinentium vel iisdem modis canendorum eo interrumpitur, quod collector nihil magis curat, quam ut Psalmos aliquo modo sibi respondentes connectat. Hinc Maskil asaph. 78 Psalmo 77 subjunctum est, siquidem hi Psalmi comparationem Israelis cum grege communem habent, qua ambo concluduntur. Eadem de causa anonymo Hodu 107 annexus est Ps. davidicus secundarius 108, quippe cujus vv. 4. 5. sint instar responsionis ejusque amplificantis ad Ps. 107, 1. (cf. 107, 31. 32.), et Psalmo Halleluja 113 Psalmus 114, qui in usu parogogici Chirek illius est geminus.

c) Praeterea si diligentius investigaverimus, cur inter Psalmos aequalitate auctoris vel generis conjunctos alter alterum sequatur et cur Psalmi anepigraphi vel quorum inscriptiones nullam inter se similitudinem habent, hoc quem Psalterium exhibet ordine, non alio dispositi sint, collectorem plerumque legem analogiae observasse deprehendimus. At in ea re non ubique ita versatus est, ut Psalmos, inter quos quam maxima indolis vel argumenti necessitudo intercederet, copularet, sed ita ut initii vel finis Psalmi unius cum initio vel fine alterius cognatio aut etiam binorum in aliqua dictione consensio ipsi ad eos concatenandos sufficeret: quem quidem dispositionis modum non erat, cur infra se duceret, cum ipsos Psalmorum auctores nonnullorum versus vel ad literarum ordinem acrostichice conseruisse videret. Neque me illa in re vana opinione falsum esse eo persuasum

---

unum redactorem referendum esse appareat, jure qualemcunque ordinem postulamus. Hunc vero par est talem esse qui agnosci possit, neque, ut infra videbimus, cum *Augustino*, *Nysseno*, *Beda* eo confugiendum, ut mysterium fortasse ipsi collectori incognitum in ea re latere fingamus (Serpilius, *Lebens-Beschreibungen der bibl. Scribenten* t. IX. p. 442 s.).

est, quod haec conjunctionis binorum Psalmorum ratio multis locis tam manifesta est, negari ut nequeat. Nam hoc casu non potest factum esse, ut v. c. Psalmi 34 et 35 compositi sint, quorum in utroque (et in his quidem Psalmis Psalterii solis) מלאך ה' nuncupatur; ut Psalmum 55, cujus in v. 8. poeta sibi אבר כיונה ad longe avolandum (ארחיק נדוד) exoptat, sequatur Ps. 56. על־יונת אלם רחוקים inscriptus; ut Psalmo 149, cujus versu 3. nomen Dei celebrandum dicitur במחול et בתוף, subjiciatur Ps. 150, in quo item יהללוהו בתף ובמחול legitur. Haec et multa alia exempla, quae observaveram, me ad eam rem ulterius persequendam pellexerunt et quanto longius progrediebar, tanto certior fiebam, me neutiquam umbras consectari.

Psalmos hoc modo secundum legem similitudinis sive universi argumenti sive singularum dictionum instar annulorum catenae connexos esse, id jam *Koesterus* auguratus est et per totum Psalterium non sine acumine primus demonstrare studuit [2]); idem *Hengstenbergius* quoque, quamquam Koesteri vestigia non persecutus, in aliquot Psalmis suopte judicio confirmavit [3]). Quam quidem legem jam veteres

---

2) Quod *Koesterus* p. XIV. dicit, singulis Psalterii libris Psalmos peculiaris cujusdam argumenti atque indolis contineri, probabile reddi nequit; sed ad veritatem proxime accedit quod p. XV. addit: „*In der Regel sind zwei oder drei Psalmen durch Gleichheit des Inhalts zusammen gruppirt; doch giebt es auch grössere Gruppen und wieder einzeln stehende Lieder, und selbst zwischen den von uns getrennten finden sich noch allerlei verwandtschaftliche Beziehungen. So wird z. B. Ps. 1. wie Ps. 2. am Schlusse der Untergang* (אבד) *der Frevler dargestellt. Ps. 90. hängt mit 89. durch Klagen über die Flucht des Lebens zusammen.*" Hanc observationem *Koest.* per totum Psalterium exemplis probare conatus est idque ita, ut multis locis ad eandem quam nos, qui nullius auctoritate eam ipsam rem investigavimus, sententiam perveniret, quamquam in hoc ab eo discedimus, quod Psalmos plurimos propter generalem duntaxat argumenti aut certarum quarundam idearum convenientiam vel binos vel catervatim compositos esse arbitratur (velut p. 106.: *Die Pss. 38—41. werden durch das Bewusstsein der Schuld und die Bitte um Sündenvergebung in mancherlei Modificationen zusammengehalten; p. 257.: Ps. 82—84. verbinden sich als Gebete Israels um Bestrafung seiner Feinde u. Rückkehr zu dem geliebten Zion,*" et sic saepe), cum nos consensum Psalmorum in singulis quibusvis dictionibus, quibus insignes sunt, ad eos conferendos suffecisse eosque non solum catervatim compositos, sed omnes, comprehensis singulis catervis, catenae instar inter sese aptos colligatosque esse censeamus, consensum totius argumenti neque excludentes neque postulantes.

3) Comm. I. p. 234.: „*Die Anreihung des 11. Ps. an den vorigen scheint nicht blos durch die allgemeine Verwandtschaft des Inhalts, sondern speciell durch die Aehnlichkeit zwischen V. 2. u. Ps. 10, 8. herbeigeführt zu sein;*" ib.

Judaeorum doctores cognitam habuisse patet, cum ad quaestionem, cur Prophetae majores, qui librum *Regum* subsequantur, ita disponendi sint, ut *Jeremiam* Ezechiel et Jesaia excipiant, respondent (Batra 14, b. Halachot gedolot 83, d): כיון דמלכים סופיה חרבנא וירמיה כוליה חרבנא [4]) et cum Amosum propterea post Joelem collocatum dicunt, quia *Joelis* illud וה׳ מציון ישאג ומירושלים יתן קולו, quod sub finem vaticiniorum ejus reperitur (Jo. 4, 16), Amosus in ipso libri sui introitu repetat (Am. 1, 2), uti vaticinia utriusque prophetae omnino aequaliter concluduntur (cf. Am. 9, 13. cum Jo. 4, 18.) [5]).

Neque in ea re vana conjectura decepti esse videntur; nam quemadmodum in oratione prophetica, quae non ad regulam praemeditatae adumbrationis dirigitur, verum ita procedere solet, ut secundum legem, quae dicitur, associationis una cogitatio alteram pariat, saepenumero hoc usu venire videmus, ut vocabulo aliquo, quo Propheta ad cogitationem suam exprimendam usus est, alia, quae sequitur, procreetur [6]): quemadmodum porro vel symbola prophetis divini-

---

II. p. 215.: „*Ps.* 33. *ist mit dem vorhergehenden zu einem Paare verbunden. Der Hauptgrund für diese Annahme ist, dass unser Ps. mit der Aufforderung an die Gerechten und Rechtschaffenen, sich in dem Herrn zu freuen, beginnt, wie der vorige Ps. damit schliesst,* addit vero: „*Man darf diese Thatsache nicht etwa daraus erklären, dass die Sammler wegen der zufälligen Aehnlichkeit von Anfang und Schluss beide Pss. mit einander verbunden haben;*“ ib. II. p. 237.: „*Auf ungefähre Gleichzeitigkeit mit dem unmittelbar vorherg. Ps. 34. führt die Uebereinstimmung desselben mit V. 5. u. 6., um so merkwürdiger, da diese Pss. grade die einzigen sind, in denen der Engel des Herrn überhaupt vorkommt.*“

4) V. commentationem meam: *Ueber die Abfassungszeit u. den Plan der Prophetie Habakuks*, Rudelbach-Guericke's *Zeitschrift* 1842. 1. p. 15.

5) V. praefationem *Abravanelis* in XII. proph. minores (francogallice versam in S. Cahen, La Bible Tom. XII.), quae de ordinis chronologici et realis in ordinando dodecaphropheto multa continet consideratu dignissima. Convenienter eidem legi *Obadia* (qui cum Joele et Amoso trilogiam dexterrime dispositam efficit), tempore posterior, se applicat ad Am. 9, 12. למען יירשו את־שארית אדום (v. *Abravanel* apud S. Cahen p. 4 s.) et *Zefanja* (1, 7. הס מפני אדני ה׳) ad Habacuci 2, 20. (הס מפניו כל־הארץ), cf. Umbreit, *Comm. zu d. kl. Proph.* p. 309.: „*Stille vor dem Herrn Jehova: denn nahe ist der Tag Jehova's! Dieser Ruf durchdringt wie ein ernster Posaunenton das kleine Buch des grossen Propheten (Zefanja).*“

6) V. Comm. meum in Habac. p. 65—67. Eam ipsam rem jam Redslobius (*Die Integrität der Stelle Hos. 7, 4—10. in Frage gestellt* p. 35 s.) tanquam observatione attentissima dignam commonstravit (adhibitis locis Hos. 6, 1. et 6, 4., quorum illum לכו ונשובה ex 5, 15. אלך ואשובה, hunc כעון בקר וגו׳ ex 6, 3.

tus exhibita ita delecta sunt, ut id quod portendunt non solum ipsis rebus insit, sed etiam ad earum nomina annectatur [7]): sic in singulis vaticiniis connectendis non solum ordo realis cum chronologico junctus est [8]), sed etiam interdum levior quaedam in re externa ac fortuita consensio suffecisse videtur, ut unum alteri adjiceretur [9]).

Similis est consuetudo, quae sicut inter alios populos orientales [10]), sic inter Hebraeos obtinuisse videtur, poemata vel capita libri nominibus a quibusdam vocabulis rebusve, quarum ex iis mentio occurrit, desumtis inscribendi. Nam etsi non adstipulamur *Gesenio* et *Ewaldo*, qui elegiam Davidis in Saulis et Jonathanis mortem קשת 2 Sam. 2, 18. inscribi censent, quia arcus v. 22. in ea commemoratur [11]): tamen Psalmorum inscriptiones, quibus modi

---

ויבוא וגו' natum esse ostendit), at sine omni Scripturae S. verecundia. Exemplum miri hujus observationis abusûs exhibet *Züllichius* ad Apoc. IX., ubi dies 150 ad dies totidem diluvii respicere et imaginem de locustis e vocabulorum אַרְבֶּה et אֲרֻבּוֹת (Gen. 7, 11.) convenientia ortam esse opinatur (cf. Hofmann, *Weissagung u. Erfüllung* II. p. 339).

7) Jeremiae מקל שקד ostenditur, nam maturat (שקד) Jehova verbum suum exsequi 1, 11. 12., Amoso כלוב קיץ, nam venit ad extremum (קץ) populus Israelis 8, 1 ss.

8) *Caspari*, Comm. in Obadiam p. 37—42.

9) Hoc *Hitzigius* in Comm. suo in Jeremiam identidem opinione neutiquam improbabili suspicatus est, velut p. 100.: „*Erwägt man, wie sehr beim Geschäfte des Redigirens die Orientalen sich durch Zufälligkeiten, durch irgend Einzelnes, welches hervorsticht, leiten lassen: so kann es glaublich dünken, dass blos des* ידדות *wegen in seinem ersten V. (vgl.* ידידי *11, 15.) das Stück XII, 7—17. gerade hier eingereiht wurde*“; p. 121.: „*Hiezu kommt, dass Cap. XVI. an 15, 1—9., besonders durch seinen Anfang eng an den 9. V., sich anschliesst; und wir möchten daher urtheilen, dass die im Anfange stehenden Worte* אמי *und* ילדתני *vielleicht mit Beihülfe von* שרותך *und* האיב *V. 11. es veranlassten, dass das Stück hinter einem Orakel eingereiht wurde, in dessen letzten VV. die Worte* אם, ילדת, שאריתם *und* איבהם *zu lesen sind*“; p. 157.: „*Veranlasst mag die Versetzung sein durch das Zusammentreffen der Formel* מגור מסביב *(V. 3. 10.) und des Namens* פשחור *(V. 3. 20, 1.).*“

10) *Jones*, De poesi asiatica p. 269.

11) *Gesen.*, Thes. p. 1211. (cf. ejus Comm. in Jes. XXII, 1., ubi inscriptionem משא גיא חזיון e v. 5. petitam opinatur, quo Hierosolyma nomine mystico prophetico גיא חזיון appellatur); Ewald., *Poetische Bb.* I. p. 181. Ego locum illum 2 Sam. 2, 18. (cujus difficultatem *Thenius* emendatione tollere conatus est) ita interpretandum esse censeo, ut, id quod praemissum ויאמר postulare videtur,

eorum appositis cantilenarum vulgarium compendiis praecipiuntur, morem illum abunde comprobant [12]).

Neque prorsus absimilis est ratio, quae inter *Haftaras* et *Paraschas* intercedit. Namque Haftarae cum Paraschis, quibus respondent et lectione publica subjunguntur, magnam partem nullam necessitudinem habent, nisi quod hoc illove dicto inter se concordant [13]); quid quod vel institutum hoc illove festo quandam *Megillarum* praelegendi, partim accidentali alicujus loci Megillae cum festi natura convenientiae inniti dicitur [14]). Notandum est quoque, Talmudes

---

illud ללמד בני יהודה קשת melodia sit ab ipso Davide carmini suo inscripta h. e. nomen cantilenae, ad cujus modum canendum erat, quae quidem cantilena, ut parenthesi הנה כתובה וגו׳ adnotatur, in ס׳ הישר scripto consignata reperiebatur. Melodias hoc modo sine praemisso על adscribi posse ex psalmico אל־תשחת apparet; fortasse ללמד Ps. 60, 1. ex ללמד בני־יהודה קשת abbreviatum est, cum למנצח על־שושן עדות inscriptio liturgica, מכתם לדוד ללמד inscriptio primaria ac privata esse possit.

12) Huc pertinent inscriptiones על־מות לבן (9, 1. et fortasse על־מות 48, 15.), על־יונת אלם רחוקים (56, 1. cf. 55, 7. 8.), על־שושן עדות, על־שושנים, על־אילת השחר, אל־תשחת (cf. Dt. 9, 26.). Haud absimile est, quod, ut nuper *Hirsch Chajes* (מבוא התלמוד 15, a) ostendit, complures doctores talmudici a vocabulis insignibus Halacharum, quae ad eos referuntur, cognominati sunt, velut *R. Isaak* מגדלאה ab Halacha עשוין כמגדלין Baba mezia 25, a; *R.* זוהמאי ab Halacha כשם שמזוהם פסול לעבודה וכו׳ Berachot 53, b; בן רהומי a duabus quaestionibus ab ipso R. Abaji propositis, in quibus vocabula בן et רחימנא occurrunt Nazir 13, a; *R. Simlai* דבורא a loco V. T. ובדבריך עשיתי (1 Reg. 18, 36), quem interpretatus est, j. Megilla Per. I.

13) Quod ad Haftaram attinet, necesse est, שיהא בה מענין פרשת היום (Abudraham 63, a). Sed hoc quod ei inest Paraschae simile, saepius non est unus alterve locus, quo ad argumentum Paraschae historicum respicitur, velut in הפטרת בראשית Jes. 42, 5. (43, 1); in הפטרת לך לך Jes. 41, 2. (sec. interpretationem traditione sancitam); in הפטרת תולדות Mal. 1, 2.; in הפטרת ויצא (Hos. 11 — 14) Hos. 12, 13. et al.; in הפטרת וישלח (Ob.) Obad. v. 10.; in הפטרת ויגש (Ez. 37) Ez. 37, 15 ss. (mentio Josephi, Ephraimi et ceterarum tribuum) et sic porro — neque universa quaedam argumenti similitudo, velut in הפטרת וירא 2 Reg. 4. (v. 16. cf. cum Gen. 18, 10) et in הפטרת מקץ 1 Reg. 3. 4. (in qua somnium et sententia Salomonis somniis in Parascha narratis et sententiae Josephi respondent) — sed fortuita quaedam et magis externa similitudo aut in verbis tantummodo, velut in הפטרת חיי שרה 1 Reg. 1., cujus versui primo (1 Reg. 1, 1.) והמלך דוד זקן בא בימים respondet Gen. 24, 1. ואברהם זקן בא בימים; in הפטרת ויחי (1 Reg. 2.) v. 1. ויקרבו ימי דוד למות cf. Gen. 48, 29. ויקרבו ימי ישראל למות, aut simul in rebus, velut in הפטרת וישב (Am. 2. 3.) Am. 2, 6. על־מכרם בכסף צדיק, cui narratio venditionis Josephi in Genesi respondet.

14) Abudraham (ex Ibn ha-Jarchi) 88, b: נהגו העולם לקרות בחג המצות שיר

Midrasosque permulta illius, quam indicavimus, Psalmorum dispositionis similia praebere; namque non modo capitulorum biblicorum connexio (סמיכות הפרשיות) crebris locis lege analogiae fulta esse perhibetur, sed ea ipsa lex (אסמכתא בעלמא) adhibetur ad consectaria e locis V. T. (et halachica et haggadica) deducenda [15]).

Denique non reticendum est, quod vel in Novo Testamento lex illa analogiae passim nobis occurrit. Nam in ipsius Domini orationibus, prout nobis relatae sunt, aliquando disparata se excipiunt, h. e., talia, quae non toto argumento et necessaria cogitationum consequentia, sed aliqua tantum parte h. e. notione vel vocabulo sibi respondent; quamobrem ab evangelistis, quemadmodum a partium canonis V. T. redactoribus, in sermonibus factisque digerendis saepenumero neque chronologiae neque acoluthiae, sed analogiae regula observata esse videtur [16]).

השירים מפני שהוא מדבר מגאולת מצרים שהיא תחלת שעבודן של ישראל וגאולתן ראשונה שנאמר לסוסתי ברכבי פרעה. וגם בחג השבועות נהגו לקרות רות מפני שכתוב בו בתחלת קציר השעורים והוא זמן הקציר. וגם בשמיני חג עצרת נהגו לקרות קהלת מפני שכתוב בו תן חלק לשבעה וגם לשמונה אלו שבעת ימי החג ושמיני חג עצרת ר״ל (רוצה לומר) לפי שהוא חג האסיף להזהיר על תרומות ומעשרות ונדרים שלא לעבור עליהם בבל תאחר בשלש רגלים: Inde apparet, *Canticum* festo Paschatis praelegi solere propter Cant. 1, 9., *Ruth* festo Pentecostes propter Ruth 1, 22., *Kohelet* die extremo festi Tabernaculorum propter Koh. 11, 2. Quamquam est hac de re quaedam sententiarum varietas, tamen veteres in eo consentiunt, delectum illum ad legem fortuitae convenientiae referendum esse.

15) Dukes, *Rabbinische Blumenlese* p. 47.

16) Quamquam in confesso est, *Straussium* (cf. inprimis *Leben Jesu* I. p. 640 ss. ed. III.) et magis etiam Br. Bauerum *(Kritik der Synoptiker* t. I. p. 299 ss. et al.; *Kritik d. Johannes* p. 255. 406.) hac regula analogiae immoderata cum licentia abusos esse ad nexum historicum, logicum et psychologicum sermonum Domini dissolvendum, ita ut plurimis locis nullus nisi lexicalis (Schneckenburger, *Beiträge* p. 58.) remaneat, itaque diligenter excutienda esse etiam ea, quae *de Wettius,* praeeunte Straussio, de hac regula a synopticis potissimum (ad Joh. XIII, 20.) adhibita animadvertit (e. c. *Einl.* §. 90, *f.*: *Bemerkenswerth ist*, *dass die Sprüche Matth. XIII,* 17. *und XVIII*, 8 s. [*vgl. V*, 29.] *Luc.* X, 13. *vgl. Matth. XI*, 21. *vermöge einer lexicalischen*, *unlogischen Gedankenverbindung ans Vorhergehende sich anschliessen*, et ib. §. 82 c, *d*: *IX*, 43 ss. *folgt Marcus dem Matthaeus in einer blos lexicalischen Gedankenverbindung*, *indem das vorhergehende σκανδαλίζειν ein anderes als das ist*, *wovon die nun folgenden Sprüche handeln):* tamen *Ebrardo* non plane assentimus, qui regulam illam analogiae, ubicunque eam observatam esse negari nequit, non ad scriptorem, sed ad sermocinantem referendam censet: „*Die Sache ist gerade umgekehrt: nicht der Schriftsteller pflegt durch den gleichen Klang einer*

Vokabel sich bewegen zu lassen, eine dem Inhalte nach disparate Erzählung anzufügen, sondern von ihm, dem reflectirenden, der sich Zeit nehmen kann zu überdenken und zu ordnen, ist vorauszusetzen, dass er dem Inhalte nach ordnen werde, sobald er den akoluthistischen Gang verlässt; dagegen im Leben findet nichts häufiger Statt, als das man im Laufe der zwangslosen Unterhaltung oft durch den Klang eines einzigen Wortes, oder durch diesen oder jenen sich eindrängenden Nebengedanken auf einen neuen Gegenstand geführt wird und so das Gespräch eine andere Wendung nimmt" (Wissenschaftliche Kritik d. w. Gesch. p. 69.). Hoc verissimum est; sed aeque verum esse potest, ordinem realem, quem evangelia exhibent, non alio alicubi fundamento nisi partiali quadam ac fortuita sermonum factorumque similitudine niti, prout ipsorum memoriae se impresserant (Hofmann l. l. II. p. 266.): qua quidem re nihil de honore evangelistarum detrahi arbitror.

II.

De singulis Psalmis secundum legem analogiae inter se connexis et consectariis aliquot ex inventa lege colligendis.

Ex iis, quae adhuc exposita sunt, perspeximus primum Psalmos, licet universe et generatim spectati quendam chronologicum ordinem ostendant, tamen singulos secundum temporum ordinem digestos non esse; deinde esse quidem Psalmos, qui ad eosdem auctores et ad idem carminum genus referantur, acervatim conjunctos, sed hanc regulam tam crebris locis perrumpi ac deseri, ut Psalterium neque secundum auctores neque secundum genera singulorum Psalmorum dispositum esse dici queat; ergo, cum non sit consentaneum, Psalterium prorsus ἄτακτον esse, aliam legem exstare oportere, quam collector in Psalmis iis, qui ad eosdem auctores eademque carminum genera pertinent, inter semet ipsos et in Psalmis omnino omnibus digerendis secutus sit, quam secutus ordinem temporum, auctorum et generum poëticorum vel musicorum passim neglexerit. Haec lex non potest alia esse nisi lex homogeneitatis vel analogiae internae (a qua homogeneitatem externam h. e. aequalitatem temporum, auctorum et generum poeticorum discernimus): quam quidem legem a collectore observatam esse aliquot exemplis insignibus quae in oculos incurrunt nobis ita comprobari vidimus, ut inde conjicere liceat, totum Psalterium convenienter huic legi dispositum esse. Haec conjectura eo, ut vidimus, praeclare confirmatur, quod historia literarum hebraicarum ejus legis liberrime adhibitae complura exempla nobis suppeditat.

Reliquum est, ut, totum Psalterium pervestigantes, instituta singulorum Psalmorum inter sese collatione, inquiramus, verumne se nobis probet id quod adhuc opinione duntaxat augurati sumus. Quem

haec nostra pervestigatio exitum habuerit, deinceps proponemus, similia componentes, quae vel sola vel prae ceteris ansam ad singulos Psalmos copulandos dedisse censemus, simul diligenter adnotatis iis, quae dudum ab aliis investigatoribus, *Hitzigio*, *Hengstenbergio* atque inprimis *Koestero*, de Psalmorum binorum pluriumve in Psalterio congregatorum cognatione prolata sunt, ne nosmet ipsos decipiamus vel praejudicata opinione decepti esse aliis videamur.

[TABULA CONNEXIONIS SINGULORUM PSALMORUM.]

1 (anonym.), 1. (init.) . . . אשרי
2 (anon.), 12. (fin.) . . . אשרי
1, 6. (ult.) ודרך רשעים תאבד
2, 12. (ult.) ותאבדו דרך

Psalterium encomio studii Thorae orditur, quia est resonans Thorae vox ecclesiae. Pentateucho simili modo se adjungit ac liber Josuae; nam Ps. 1. loco Jos. 1, 8. innititur, cujus didactica est amplificatio. Porro quemadmodum Ps. 2. propheticae Psalmorum partis prooemium est, sic Ps. 1. didacticae — uterque anonymus et חדא פרשתא (Berachot f. 9. Act. 13, 33.), quatenus prologum Psalterii conficiunt. Notandum est praeterea, Psalterii librum I., uti duobus אשרי incipit, sic duobus אשרי (40, 5. 41, 2.) concludi. Phrasis ותאבדו דרך 2, 12. cum ודרך .. תאבד 1, 6. tam arcte cohaeret, ut inde orta videatur, certe explicari queat. *Dergestalt hängen die beiden Ausdrucksweisen als im Grund Eine zusammen, und durch sie auch die beiden Psalmen, ihrer Selbstständigkeit unbeschadet*, Hitzig p. 215. Cf. quae Koesterus (p. XV. 4.) et Hgst. I. p. 7. de intima horum Pss. necessitudine adnotaverunt.

2, 6. על־ציון הר־קדשי
3, 5. ויענני מהר קדשו

De vanitate rebellionis contra Unctum Jehovae egerat Ps. 2., tempore talis rebellionis (absalomicae), ut inscriptio testatur, conditus est Ps. 3. *In Ps. 3. u. 4. liegen die persönlichen Erfahrungen u. Empfindungen vor, auf deren Grundlage sich bei David die in Ps. 2. ausgesprochene Vorahnung der Begegnisse seines Nachkommen, des Gesalbten schlechthin, erhob*, Hgst. I. p. 58 s.

{3, 6. אני שכבתי וָאישנה
{4, 9. יחדו אשכבה ואישן

Ps. 3. et 4. plane gemini sunt; 3 matutinus, 4 vespertinus (non vespertinus uterque, ut Koesterus et Hgst. contra grammaticam

contendunt), ambo propter argumenti historici similitudinem (Hgst. p. 58. תאהבון ריק 4, 3. cum יהגו־ריק 2, 1. concinere adnotat) in vicinia Psalmi 2 positi. *Die Worte Ps. 4, 9. erinnern uns wieder an Ps. 3, 6.*, Hitz. p. 8. Cf. רבים אמרים 4, 7. 3, 3.

4, 9. (fin.) כי־אתה יהוה
5, 13. (fin.) כי־אתה . . יהוה

Aliter Hgst. I. p. 98.: *Seine Stellung verdankt der Ps. wahrscheinlich dem Umstande, dass er nach V. 4. zum Morgengebete bestimmt war. So schien er sich passend an Ps. 3. u. 4. anzuschliessen, welche Abendgebete* [falso, ut vidimus] *enthalten.*

5, 6. שנאת כל־פעלי און
6, 9. סורו ממני כל־פעלי און

Hitz. p. 68. (cf. p. 74. infr.): *Abgesehn von einer leichten Berührung des Ausdruckes unter ihnen selbst (vgl. Ps. 5, 6. mit Ps. 6, 9.), welche durch die unmittelbare Nähe der beiden Psalmen Gewicht erhält, gehen sie beide unabhängig auf Einen Verf., auf Jeremia, zurück.* Koesterus: *6, 7. führt auf ein Morgengebet, und deshalb mag das Lied dem vorigen angereiht sein.*

6, 2. יהוה אל־באפך תוכיחני
7, 7. קומה יהוה באפך

Cf. praeterea שובה 6, 5. 7, 8.; ישבו 6, 11. (fin.) cum ישוב 7, 17. (versus fin.); הושיעני 6, 5. 7, 2.

7, 18. ואזמרה שם יהוה עליון
8, 2. יהוה אדנינו מה־אדיר שמך
9, 2. 3. אזמרה שמך עליון

Hoc primum exemplum est duorum Psalmorum ad unum, qui praecessit, sese adjungentium. Egregie Koesterus: *die Verherrlichung Jehova's verbindet Ps. 8. mit Ps. 7, 18.*, et: *9, 2. schliesst sich an den Schluss von Ps. 8., u. 9, 16. an 7, 16.*

9, 10. משגב לעתות בצרה
10 (anon.), 1. תעלים לעתות בצרה

Cf. praeterea קומה ה׳ 9, 20. 10, 12.; אנוש 9, 20. 21. 10, 18.; דך 9, 10. 10, 18. et alia (Hitz. p. 13 s.), quibus omnibus non efficitur, Psalmos 9. et 10. unum esse eumque praepostere dimidiatum. Koesterus: *Ps. 9—11. hängen zusammen durch den Gedanken an Gott, der Alles sieht, nichts vergisst.*

10, 8. יארב במסתר . . לחתוף עני
11, 2. לירות במו־אפל לישרי־לב

10, 5. כל־צורריו יפיח בהם

12, 6. אשית בישע יפיח לו

Primum exemplum duorum Pss. (10. 11.) conjunctorum propter cogitati varie expressi similitudinem et secundum duorum Pss. (11. 12.) ad tertium (10.) annexorum. Hitz. p. 16.: *Wir werden ja* במו־אפל 11, 2. *nicht nach* 91, 6., *sondern nach* במסתר 10, 9. *verstehen*, cf. Hgst. p. 234. et perspicacem Koesteri observationem: *Der Grund der Anreihung* (von Ps. 11. an 10.) *liegt in V.* 4. *vgl.* 10, 14. Pss. 12. et 10. etiam plura similia continent, cf. 12, 6. cum 10, 12. 12, 4. cum 10, 7. 12, 5. cum 10, 6. (Hitz. p. 16.). Contra Psalmi 12 cum 11 nulla est similitudo, nisi quam Koesterus indicat: *Die Klage über Herrschaft der Gottlosen macht die Verbindung mit* 11, 2. 3.

12, 13. כֻּרֻם זֻלּוּת לבני־אדם

13, 3. עד־אנה ירום אויבי עלי

Si verum est, collectorem propter hanc similitudinem hos duos Pss. copulavisse, inde simul apparet, eum כֻּרֻם a v. רום vi se efferendi deduxisse (cf. ad 68 et 69; 142 et 143). Koesterus: *Die Klage über die Unterdrückung des Frommen verbindet Ps.* 13. *mit* 12.

13, 6. (fin.) יָגֵל לבי בישועתך
14, 7. (fin.) יָגֵל יעקב ישמח ישראל

14, 7. (ult.) מִי יתן מציון ישועת ישראל
15, 1. (init.) מִי יגור באהלך

Simul verum esse potest id quod Hgst. I. p. 294. de collocatione Ps. 15. ait: *Seine Stellung nach Ps.* 14. *verdankt der Ps. höchst wahrscheinlich einer innerlichen Beziehung des Inhaltes zu ihm* etc. Sic et Koesterus: *Ps.* 15. *soll den sittlichen Geist des Monotheismus der Immoralität des Götzendienstes* (*Ps.* 14.) *gegenüberstellen.*

15, 1. (prim.) מי־ישכן בהר קדשך

16, 9. אף־בשרי ישכן לבטח

Haec his in Pss. simillima; nam credibile non est, collectorem verborum בל־אמוט 16, 8. cf. לא ימוט לעולם 15, 5. rationem habuisse aut Psalmum 16. propter versus 3. male intellecti similitudinem cum ואת־יראי יהוה יכבד 15, 4. Psalmo 15. adjunxisse, quae est Hitzigii (p. 18. *) conjectura.

16, 11. (ult.) תודיעני ארח חיים שבע שמחות את־פניך נעמות בימינך נצח

17, 15. (ult.) אני בצדק אחזה פניך אשבעה בהקיץ תמונתך

Praeterea cum 16, 11. cf. 17, 7. בימינך; 17, 8. 16, 1. שמרני et praecipue 17, 3. (15.) cum 16, 7. (unde Koesterus: *Der Ps. 17. ist dem vorigen nahe verwandt als Nachtgebet*). *Ps. 17. bietet mehrere Berührungen mit Ps. 16. dar, welche so bedeutend sind, dass sie die Annahme begründen, beide Pss. seien von dem Verf.* [certe a collectore] *zu einem Paare verbunden*, Hgst. I. p. 341., praeeunte Venema.

17, 9. מפני רשעים זו שדוני איבי בנפש יקיפו עלי
18, 5. אפפוני חבלי־מות ונחלי בליעל יבעתוני
17, 4. אני שמרתי ארחות פריץ
18, 22. כי־שמרתי דרכי יהוה

Versus priores tantummodo cogitati, posteriores dictionis quoque (Hitz. p. 23.) paritate cohaerent. Bene Koest.: *Der Zus. mit dem vor. Ps. (17.) liegt in der Berufung Davids auf seine Unschuld*, 18, 22 ss. At duo isti Pss. etiam alia similia exhibent, cf. 18, 6. 17, 11. סבבוני; 18, 42. 17, 7. מושיע; 18, 4. 7. cum 17, 6.; 18, 6. קדמוני, 19. יקדמוני cum 17, 13. קדמה; 18, 21. 25. כצדקי cum 17, 1. צדק; 18, 40. תכריע cum 17, 13. הכריעהו, ita ut definiri nequeat, quodnam horum similium collectorem ad hos Pss. conjungendos impulerit.

18, 31. האל תמים דרכו אמרת יהוה צרופה
19, 8. תורת יהוה תמימה

Cf. praeterea צורי 19, 15. (fin.) cum 18, 3. (versus init.) et 32, 47.; מאירת עינים 19, 9. cum תאיר נרי 18, 29.; בשמרם 19, 12. cum שמרתי 18, 22.; איתם 19, 4. cum ואהי תמים עמו 18, 24.; משפטי יהוה 19, 10. cum משפטיו 18, 23. et alia (fortasse etiam השמים מספרים כבוד־אל 19, 2. cum וירעם בשמים יהוה 18, 14). Ceterum notandum, Psalmum 18. crebris locis Thorae inniti (Ex. 15. et Dt. 32.), quam laudibus effert Ps. 19. Koesterus: *Ps. 19, 1—7. 8—15. feiert Gottes Offenbarung in der Natur und im Gesetze, gegenüber seiner Offenbarung in der Geschichte Davids Ps. 18.*

19, 15. (fin.) יהיו־לרצון אמרי־פי והגיון לבי לפניך צורי וגאלי
20, 2. (init.) יענך יהוה ביום צרה
18, 51. (ult.) מגדיל ישועות מלכו
20, 7. הושיע יהוה משיחו

Vides, initium Psalmi 20. esse instar echûs s. responsionis ad Ps. 19, 15. et simul Psalmum 20. una cum Ps. 19. ad Ps. 18. se adjungere.

20, 6. נרננה בישועתך . . . ימלא יהוה כל־משאלותיך
21, 2. 3. ובישועתך מה־יגל מאד : תאות לבו נתתה לו

Hos duos Pss. omnino geminos esse constat, Hitz. p. 40. *Ps. 21. bildet das Seitenstück zu Ps. 18., von dem er nur durch Ps. 19. ge-*

trennt ist, welcher der falschen Auffassung von Ps. 18, 21—28. *begegnet, und Ps.* 20., *der mit Ps.* 21. *zu einem Paare verbunden ist,* Hgst. I. p. 468. Bene Koest.: *Ps.* 21. (2. 3.) *dankt für den Sieg, welcher Ps.* 20. *erbeten wurde.*

21, 2. (init.) יהוה בעזך ישמח־מלך ובישועתך מה־יגל מאד
22, 2. (init.) אלי אלי למה עזבתני רחוק מישועתי דברי שאגתי
[20, 10. יעננו ביום קראנו
22, 3. אקרא יומם ולא תענה]

Ps. 22. Psalmis 21. et 20. subjunctus est propter conditionis et affectuum, quibus insignis est, rationem plane contrariam, tanquam imago noctis imagini diei. Cf. praeterea בך בטחו אבותינו 22, 5. cum המלך בטח ביהוה 21, 8. et ליהוה המלוכה 22, 29. cum המלך (de Deo) 20, 10.

22, 27. יאכלו ענוים וישבעו
23, 5. תערך לפני שלחן

Psalmus 22, 26. 27. de convivio, mactatis, quas afflictus voverat, victimis celebrando sermo erat; mensam a Jehova tanquam hospite opipare exstructam repraesentat Ps. 23., cujus cum Ps. 22. copulatione hic ipse illustratur. Koesterus: *Ps.* 23. 24. *schildern den Segen des Jehovadienstes, dessen allgemeine Verbreitung Ps.* 22. *geweissagt hatte.*

23, 6. ושבתי בבית־יהוה לארך ימים
24, 3. מי־יעלה בהר־יהוה ומי יקום במקום קדשו

Hos vv. sibi invicem respondentes Hgst. quoque pro causa conjunctionis eorum Pss. (similiter ac Ps. 15. et 14.) habet: *Der* 23. *Ps. schliesst mit der Hoffnung, im Hause des Herrn zu wohnen immerdar, Ps.* 24. *beginnt, nach einer Vorbereitung u. Einleitung, mit der Frage: wer geeignet sei, bei Gott, auf seinem Berge und an seinem heiligen Orte, zu wohnen,* cet. (I. p. 76 s.).

24, 8. 10. מי (הוא) זה מלך הכבוד
25, 12. מי־זה האיש ירא יהוה

Hitz. p. 71.: *Es kann nicht für zufällig angesehen werden, wenn die Formeln* נשא נפשו ל *Ps.* 24, 4. *und V.* 5. אלהי ישעו *sofort im folgenden Ps. VV.* 1. 5. *wieder stehn.* Addit autem: *Auch darf man nicht sagen, solcher Aehnlichkeiten wegen seien die Pss. von dem Redakteur neben einander gereiht worden* cet. Nos collectorem potius versuum, quos supra composuimus, rationem habuisse censemus, quorum quidem similitudo et ipsa fortuita, verum insignior (cf. Pss. 15. et 14.) est; ceterum id quod Hitz. negat, per totum Psalterium comprobari videmus.

25, 21. (sub fin.) תם־וישר יצרוני כי קויתיך
26, 1. (init.) שפטני יהוה כי אני בתמי הלכתי וביהוה בטחתי

Hgst. p. 109 s. et ipse initium Ps. 26. cum exitu praecedentis confert et addit: *Mit diesen äusserlichen Beziehungen der beiden Pss. geht eine innerliche Hand in Hand ... wir haben ein Psalmenpaar vor uns, welches hinweist auf die Barmherzigkeit Gottes* (25) *u. seine Gerechtigkeit als auf die beiden Fundamente der Zuversicht der Errettung für d. Seinen. Damit es an einer Brücke nicht fehle, tritt schon in Ps.* 25, *namentlich zum Schlusse, als untergeordnetes Moment hervor, was Ps.* 26. *die erste Stelle einnimmt.* Quod an verum sit, in incerto relinquimus. Recte Hitz. p. 72.: *Gleichwie Ps. XXVI. durch Vers* 3 *an Ps.* 25, 5. *erinnert, so durch Vers* 11. (פדני וחנני) *an Ps.* 25, 22. (פדה אלהים) *u.* 16. (פנה אלי וחנני). Adjiciendum est, Psalmi 26. v. penultimum ואני בתמי אלך פדני וחנני tanquam versus penultimi et ultimi Ps. 25.: תם וישר יצרוני — פדה אלהים compendium esse.

26, 8. יהוה אהבתי מעון ביתך ומקום משכן כבודך
27, 4. אחת שאלתי מאת־יהוה.. שבתי בבית־יהוה כל־ימי חיי

Cf. praeterea 26, 6. ואזבחה באהלו זבחי תרועה cum 25, 6. ואסובבה את־מזבחך; 26, 11. ונחני בארח מישיר cum 25, 12. רגלי עמדה במישור; 26, 6 fin. cum 25, 12 fin.; 26, 7 fin. cum 25, 11 fin., et fateberis, abunde causarum fuisse collectori, ut hos duos Pss. componeret.

27, 1. יהוה מעוז חיי
28, 8. ומעוז ישועות משיחו הוא

Cf. 27, 9. עזרתי היית cum 28, 7. ונעזרתי; 27, 7. שמע יהוה קולי cum 28, 2. שמע קול תחנוני; 27, 1. יהוה אורי וישעי cum 28, 7. יהוה עזי ומגני et structuram consimilem versus ultimi utriusque Ps. Koest.: *Ps.* 28, 7. *ist sehr ähnlich mit* 27, 6.; *V.* 3. *mit* 26, 9.

28, 8. 9. (fin.) יהוה עז למו.. הושיעה את־עמך וברך את־נחלתך
29, 11. (fin.) יהוה עז לעמו יתן יהוה יברך את־עמו בשלום

Hgst. II, 151.: *Ps.* 29. *ist mit Ps.* 28. *zu einem Paare verbunden* cet. Hitz. quoque p. 76. et Koesterus exitûs horum Pss. similitudinem notaverunt.

29, 1. הבו ליהוה כבוד ועז
30, 13. למען יזמרך כבוד
30, 8. העמדתה להררי עז

Ps. 30. Psalmo 29 annexus est, quia notiones principales כבוד 29, 1. 2. 3. 9. 30, 13. et עז 29, 1. 11. 30, 8. in utroque reperiuntur. Koest.: *An Ps.* 29. *schliesst sich* 30. *durch den Ausdruck: Ehrenlied* (V. 13.), *so wie durch die siebenmalige Anrede Jehova's, welche also nicht zufällig sein kann.*

30, 7. ואני אמרתי בשלוי
31, 23. ואני אמרתי בחפזי

V. de hoc simili **Hitz.** p. 52. Cf. praeterea זמרו לה׳ כל־חסידיו 30, 5. cum אהבו את־ה׳ כל־חסידיו 31, 24.; העמדתה להררי עז 30, 8. cum העמדת במרחב רגלי 31, 9.; בל־אמוט לעולם 30, 7. cum אל־אבושה לעולם 31, 2.

31, 23. ואני אמרתי
32, 5. אמרתי

V. de hac phrasi **Hitz.** p. 79. Cf. praeterea בסתר פניך 31, 21. cum אתה סתר לי 32, 7., ועצמי עששו 31, 11. cum בלו עצמי 32, 3. et alia, in his consimilem horum Pss. exitum 31, 25. 32, 11.

32, 11. (ult.) שמחו ביהוה וגילו צדיקים והרנינו כל־ישרי־לב
33 (anon.), 1. (init.) רננו צדיקים ביהוה

V. **Hgst.** II. p. 215.

33, 18. הנה עין יהוה אל־יראיו
34, 16. עיני יהוה אל־צדיקים

Jam **Hitz.** sagaciter animadvertit p. 79.: *Ps. XXXII. ist durch V.* 8. (איעצה עליך עיני) *mit den beiden folgenden verbunden* et p. 77.: *Nach V.* 18. *scheint Ps. XXXIII. von dem nämlichen Verfasser herzurühren, wie Ps.* 22. *u.* 34., *vgl. Ps.* 32, 8. 34, 16., *indem der an allen drei Stellen vorkommende Gedanke das gemeinsame ähnliche Band ist, welches selbst auf ungefähre Gleichzeitigkeit und Einerleiheit der Veranlassung hindeuten dürfte.* Cf. praeterea אשרי הגוי שה׳ אלהיו 33, 12. et אשרי הגבר יחסה בו 34, 9. 32, 1.; 33, 20. et 34, 10. 11. et al., de quibus v. **Hitz.** p. 80.

34, 9. מלאך יהוה
35, 5. 6. ומלאך יהוה

V. **Hgst.** II. p. 237. Cf. praeterea 34, 21. שמר כל־עצמותיו cum 35, 10. כל־עצמותי תאמרנה.

35, 27. (sub fin.) החפץ שלום עבדו
36. (inscr.) למנצח לעבד־יהוה לדוד

Primum exemplum habitae a collectore inscriptionum rationis; etenim verisimilius arbitror, collectorem Ps. 36. Psalmo 35 propter inscriptionis cum 35, 27. consensum subjecisse, quam propter versus ultimi דחו ולא־יכלו קום cum 35, 5. ומלאך ה׳ דֹּחֶה similitudinem.

36, 9. ירוין מדשן ביתך ונחל עדניך תשקם
{ 37, 11. (cf. 9.) והתענגו על־רב שלום
{ 37, 19. ובימי רעבון ישבעו

In his tantum cogitati, non dictionis similitudo; cf. 37, 6. (צדקך ומשפטך) cum 36, 7. (צדקתך—משפטיך); 37, 6. כאור cum 36, 10. נראה אור et al., quibus omnibus subest argumenti, quod hi Pss. tractant, convenientia.

37, 30. 40. (ult.) ותשועת צדיקים מיהוה..ויעזרם..כי חסו־בו
38, 23. (ult.) חושה לעזרתי אדני תשועתי

Cetera similia (velut 38, 13. cf. 37, 30.; 38, 16. cf. 37, 7.; 38, 22. cf. 37, 28.) vix in censum veniunt.

38, 14. ואני כחרש לא אשמע וכאלם לא יפתח־פיו
39, 3. נאלמתי דומיה
39, 10. נאלמתי לא אפתח־פי

Cf. praeterea כי לך ה׳ הוחלתי 38, 16. cum תוחלתי לך היא 39, 8.; תוכחות 38, 15. 39, 11.; נגע 38, 12. 39, 11.; יד ה׳ 38, 3. 39, 11., v. Hitz. p. 65 s. Koest.: *An Ps. 38. schliesst sich 39. durch den Ausdruck des Schuldbewusstseins* (V. 9. 10.) *und des geduldigen Verstummens* (V. 2. 3. 10.).

39, 8. ועתה מה־קויתי אדני
40, 2. (init.) קוה קויתי יהוה
39, 13. שמעה תפלתי יהוה ושועתי
40, 2. (init.) וישמע שועתי

Vides, Ps. 40. esse tanquam responsum fidei ad preces Psalmi 39. Praeterea Ps. 40. una cum Ps. 39. ad Ps. 38. se adjungit, cf. 40, 14. (18.) cum 38, 22. 23.

40, 5. אשרי הגבר
41, 1. אשרי משכיל אל־דל

V. ad Ps. 1. et 2. Ceterum utrumque Ps. versus ואני (40, 18. 41, 13.) incipiens concludit; cf. praeterea אמרתי 40, 8. (11.) 41, 5.; חפצת 40, 7. 41, 12.

Finis Libri Primi.

[Ps. 42. et 41. non cohaerent, nam similitudinis locorum 41, 6. 42, 11. collector vix rationem habuit, cum a Ps. 42. novam seriem inchoaret.]

PSALMI ELOHIMICI.

42 (korah.), 12. מה־תשתוחחי נפשי וגו׳
43 (anon.), 5. מה־תשתוחחי נפשי וגו׳

Si hos Ps. non unum efficere, sed sejungendos esse sumimus, a collectore propter exitus similitudinem copulati esse censendi sunt.

43, 2. למה־קדר אתהלך בלחץ אויב

44, 25. למה־פניך תסתיר תשכח ענינו ולחצנו

Cf. praeterea שחה לעפר נפשנו 44, 26. cum למה תשתוחחי נפשי 43, 42.; צוה ישועות יעקב 44, 5. cum 43, 3. שלח, 42, 9. יצוה; זנחת ותכלימנו 44, 10. cum זנחתנו 43, 2. Hitz. p. 93.: *Die Wörter* זנח *u.* שכח, *mit welchen Ps.* 42, 10. 43, 2. *abgewechselt wird*, *wechseln auch Ps.* 44, 24. 25. *Dieser Umstand verdient deshalb Erwähnung*, *weil Ps.* 44. *unmittelbar folgt.*

44, 9. ושמך לעולם נודה סלה

45, 18. על־כן עמים יהודוך לעולם ועד

Ambo korahitici ad genus משכיל pertinentes. Koest.: *Ps.* 45. *bildet zu Ps.* 44. *den trostvoll-erfreulichen Gegensatz*, quod non probabile. Dictiones סלה et לעולם ועד traditio ejusdem potestatis esse perhibet.

45, 18. על־כן עמים יהודוך לעלם ועד

46, 3. (sub init.) על־כן לא־נירא

Ambo שיר.

46, 11. ארום בגוים ארום בארץ

47, 8. כי מלך כל־הארץ אלהים

47, 9. מלך אלהים על־גוים

47, 10. מאד נעלה

Cf. praeterea יעקב 46, 8. 12. 47, 5. עליון 46, 3. 47, 3.

47, 10. (fin.) מאד נעלה

48, 2. (init.) גדול יהוה ומהלל מאד

47, 2. (init.) כל־העמים

49, 2. (init.) כל־העמים

Quemadmodum Ps. 48. arcte cohaeret non solum cum Ps. 47. (cf. praeterea מלך גדול 47, 3. cum מלך רב 48, 3.), verum etiam cum Ps. 46., cujus totum argumentum simillimum est (cf. 48, 2. בעיר אלהינו cum 46, 5. עיר־אלהים; 48, 4. למשגב cum 46, 12. משגב; 48, 9. ה׳ צבאות cum 46, 8. 12., v. Hitz. p. 44.), sic Ps. 49. una cum Ps. 48. (cui propter intercedentem inter על־מות 48, 15. et ימותו 49, 11. מות ירעם 49, 15. במותו 49, 18. necessitudinem subjunctus videtur) ad Ps. 47. initii similitudine se adjungit.

49 (korah.), 1. שמעו־זאת כל־העמים

50 (asaph.), 7. שמעה עמי

Koesterus: *Mit Ps.* 50. 51. *hängt* 49. *zusammen durch die Idee, dass die wahre Weisheit nicht im Darbringen äusserer Opfer bestehe* (V. 8.), *sondern in frommer Demuth vor Gott.* At 49, 8. non sermo est de sacrificiis.

50, 23. (14.) זבח תודה יכבדנני
51 (dav.), 19. זבחי אלהים רוח נשברה

Conjuncti sunt hi Pss. propter doctrinae de sacrificio consensum. Bene Hitz.: *Man vergleiche die Art, wie Ps.* 51, 5. *schliesst, mit dem Schlusse von Ps.* 50, 8., *die Wiederaufnahme von* אלהים *V.* 16. *mit der gleichmässigen Ps.* 50, 7. *Beide Pss. ferner schätzen das Opfer gering Ps.* 50, 8 ff. 51, 18.; *und der Sehnsucht nach Begnadigung Zions Ps.* 51, 20. *entspricht Ps.* 50, 2. *das an Klagl.* 2, 15. *erinnernde ehrende Prädicat.*

[Ps. LII — LV. משכיל לדוד]

52, 9. לא ישים אלהים מעוזו
{ 53, 5. אלהים לא קראו
{ 54, 5. לא שמו אלהים לנגדם
52, 11. (ult.) אודך־שמך כי־טוב
54, 8. (penult.) אודה שמך כי־טוב

Pss. 53. et 54. una Psalmo 52. adjuncti sunt; ille quia corruptionem omnium hominum, quam Ps. 52. in uno eorum corruptissimo exagitat, universe describit; hic quia similiter ac Ps. 52. concluditur. Simile, quod primo loco posuimus, commune est horum trium Pss. vinculum.

54, 3. 4. (sub init.) אלהים שמע תפלתי האזינה
55, 2. (init.) האזינה אלהים תפלתי

Ambo בנגינות inscripti. Koesterus: *Ps.* 54 — 57. *sprechen sämmtlich die Gelübde der Gemeinde aus, und zwar in dem Sinne von Ps.* 51. 52. Idem confert 55, 10. 54, 7.

55, 7. 8. מי־יתן לי אבר כיונה — ארחיק נדוד
56, 1. (inscr.) על־יונת אלם רחוקים

Insigne exemplum respectae a collectore inscriptionis, siquidem hoc simile eminet inter cetera similia, velut 55, 24. תורידם, 56, 8. הורד; 55, 24. 56, 4. אני אבטח; 55, 19. 56, 3. רבים.

[Ps. LVI — LX. מכתם]

{ 56, 2. (init.) חנני אלהים
{ 57, 2. (init.) חנני אלהים חנני

Accedit, quod hi duo Pss. omnino et argumento et dictione (velut שאף 56, 2. 3. 57, 4.) simillimi sui et plane gemini sunt, v. Koest. p. 162., Hitz. p. 97. (Hgst. III. p. 77.).

57, 5. נפשי בתוך לבאים אשכבה .. שניהם חנית וחצים ולשונם חרב חדה

{58, 7. הרס שנימו בפימו מלתעות כפירים נתץ יהוה
{59, 8. חרבות בשפתותיהם

Rursus duo Pss. ad unum praecedentem sese adjungentes, cf. עורה 59, 5. 57, 9.; 59, 17. 18. cum 57, 8. 10. et בארץ in fine Ps. 58. cum על־הארץ in fine Ps. 57. Ceterum his tribus Pss. inscriptio אל־תשחת לדוד מכתם communis est. Aliter Koest.: *Die Verbindung von Ps. 58. und 59. liegt in der Idee, dass durch Bestrafung der Gottlosen die Anerkennung Gottes gemehrt werde* (58, 12. 59, 14.).

59, 17. כי־היית משגב לי ומנוס ביום צר־לי
{60, 13. הבה־לנו עזרת מצר
{61, 4. כי־היית מחסה לי מגדל־עז מפני אויב

Nisi forte Ps. 60. utpote מכתם Psalmo 59 adjectus est, hi tres Pss. propter versuum, quos supra posuimus, convenientiam copulati sunt.

61, 4. כי־היית מחסה לי
{62, 9. אלהים מחסה לנו
{63, 8. כי־היית עזרתה לי

Ps. 61 et 62 etiam propter v. שלם ambobus in v. ultimo commune et Ps. 62 et 63 propter epiphonematis in exitu utriusque similitudinem (62, 13. כי־אתה תשלם לאיש כמעשהו; 63, 12. כי יסכר פי דוברי־שקר) conjuncti esse possunt. At multo certius est, Pss. 62. et 63. conjunctim cum Ps. 61. copulatos esse, cujus est Ps. 63. (המלך 61, 7. 63, 12.) omni ex parte simillimus, Koester p. 181. (*Sowohl in der Sehnsucht nach dem Heiligthum, als in der Erwähnung des Königs schliesst sich Ps. 63 an 61*), Hgst. III, 160. et inprimis Hitz. p. 104. infra. Ceterum etiam 62, 12. 60, 8. אלהים דבר conferendi sunt.

63, 12. (ult.) והמלך ישמח באלהים יתהלל כל־הנשבע בו
64, 11. (ult.) ישמח צדיק ביהוה ויתהללו כל־ישרי־לב

Hitz. p. 101.: *Ps. LXIII. schliesst gleicherweise, wie Ps. 64. mit Parallelisirung von* שמח ב *u.* התהלל, *so dass sofort sich Vermuthung erhebt der Identität des Verf. beider.* Koesterus: *das Festhalten an Jehova wird Ps. 63. als ein Segen für Verbannte, Ps. 64. als ein Segen für Verfolgte gepriesen.*

64, 11. (fin.) ויתהללו כל־ישרי־לב
65, 14. (fin.) יתרועעו אף־ישירו

Cf. praeterea וַיִּירְאוּ 64, 10. 65, 9.

[Ps. LXV — LXVIII. מזמור שיר]

65 (dav.), 2. ולך ישלם־נדר
66 (anon.), 13. אשלם לך נדרי

Nisi forte Ps. 66. ad Ps. 65. propter initii (הריעו) cum fine hujus (יתרועעו) convenientiam accessit. Quemadmodum Ps. 63. ad Psalmi 65. partem priorem refertur, sic Ps. 67. ad ejus partem posteriorem.

66, 20. (ult.) ברוך אלהים
{67 (anon.), 8. (ult.) יברכנו אלהים
{68 (dav.), 36. (ult.) ברוך אלהים

Cf. praeterea 67, 8. cum 66, 4. כל־הארץ; 68, 4. cum 67, 5. ישמחו, et quod attinet ad copulationem Ps. 68. cum 66.: 68, 6. 66, 6. אלהים נורא; 68, 5. 66, 2. זמרו שמו. Bene Koesterus: 68, 2. *beginnt mit einer priesterlichen Formel, wie* 67, 2. *Hier wie dort wird die Bekehrung der Heiden gehofft. Ps.* 66. *geht ebenso vom Auszuge aus Aegypten auf die Befreiung aus dem Exil über;* 66, 7. *wie* 68, 7. *heissen die Feinde* סוררים; *auch* 66, 3. 12. *stimmt genau zu* 68, 7. 30.

68, 11. חיתך ישבו־בה
69, 36. 37. (fin.) וישבו שם . . . ואהבי שמו ישכנו־בה

Si recte judicamus, propter horum locorum convenientiam hos Pss. conjunctos esse, simul apparet, quomodo collector חיתך 68, 11. intellexerit: de ecclesia s. communione nomen Dei diligentium.

69, 30. ואני עני וכואב
70, 6. ואני עני ואביון

Cf. praeterea מבקשיך 69, 7. 70, 5.; ישמחו 69, 33. 70, 5.

70 (dav.), 2. יהוה לעזרתי חושה
71 (anon.), 12. אלהי לעזרתי חושה

Cf. praeterea 71, 24. (fin.) כי־בשו כי־חפרו מבקשי רעתי cum 70, 3. יבשו ויחפרו מבקשי נפשי.

71, 2. 15. 16. 19. 24. (ult.) צדקתך
72, 1. (init.) צדקתך

Finis Libri Secundi.

(Pss. 73 et 72 nulla similitudine cohaerent).

[Pss. asaphici LXXIII—LXXXIII.]

73, 18. הִפַּלְתָּם לְמַשּׁוּאוֹת
74, 3. הָרִימָה פְעָמֶיךָ לְמַשֻּׁאוֹת נֶצַח

Hitz. p. 124 s.: *Dass vom Verf. des Ps. 73. auch Ps. LXXIV. gedichtet sei, gründe ich hauptsächlich auf das Wort* משואות.. *welches*

die Last dieser Hypothese darum allein schon tragen kann, weil die beiden Pss. unmittelbar beisammenstehen. Zu Hülfe kommt ihm כל־היום 73, 14. 74, 22. Quae quidem adducimus, non argumentationem probantes, sed ut documento sint, verum esse id quod asserimus, collectorem similia similibus junxisse. Ceterum cf. מקדשך 74, 7. et כל־מועדי־אל 74, 8. cum אל־מקדשי־אל 73, 17.

74, 22.	קומה אלהים ריבה ריבך
75, 3.	כי־אקח מועד אני מישרים אשפט

Si Pss. 74 et 75 his vv. concatenati sunt, Ps. 75. est instar responsi divini ad Ps. 74. Quod 74, 21. ut futurum sistitur עני ואביון יהללו שמך, id 75, 2. הודינו וקרוב שמך ut praesens peragitur. Hos Pss. eo modo cohaerere verisimilius est, quam oculos collectoris in אל־תשכח 74, 23. cf. אל־תשחת 75, 1. defixos fuisse vel, id quod majorem veri speciem habet, Ps. 75. cum 74. ad 73. referri, cujus fini: ואני קרבת אלהים לי טוב .. לספר כל־מלאכותיך ipsius initium וקרוב שמך ספרו נפלאותיך concinit, cf. אל־תרימו למרום קרנכם 75, 6. cum ממרום ידברו 73, 8.

75, 3. 4.	אני מישרים אשפט : נמגים ארץ וכל־ישביה
76, 9.	משמים השמעת דין ארץ יראה ושקטה

Cf. praeterea בקום למשפט אלהים 76, 10. cum כי אלהים שפט 75, 8.; אלהי יעקב 76, 7. 75, 10. Hitz. p. 129.: *Den* כל רשעי־ארץ 75, 9. *gegenüber treten* 76, 10. כל־ענוי־ארץ *auf; und wie* 75, 3. 8., *so erhebt sich* 76, 9. 10. *Jehova zum Gerichte. Auch hat* 76, 9. *mit* 75, 4. *etwelche Aehnlichkeit* cet. Ambo מזמור לאסף שיר inscripti.

76, 2.	נודע ביהודה אלהים בישראל גדול שמו
77, 14.	אלהים בקדש דרכך מי־אל גדול כאלהים
76, 9.	ארץ יראה ושקטה
77, 19.	רגזה ותרעש הארץ

Ps. 77. propter cognationem potissimum vv. 16—21. cum argumento Ps. 76. huic subjectus est, cf. אתה האל עשה פלא 77, 15. cum נאור אתה 75, 6. אתה נורא אתה 75, 8., משמים 75, 9. cum שחקים 77, 18. et al.

77, 2. (init.)	והאזין אלי
78, 1. (init.)	האזינה עמי
77, 21. (fin.)	נחית כצאן עמך ביד משה ואהרן
78, 72. (fin.)	וירעם כתם לבבו ובתבונות כפיו ינחם

Hitz. p. 131.: *Ps. LXXVIII. schliesst sich an die zweite Hälfte von Ps. 77. an, und wie jener V. 2. Gott, so bittet er V. 1. das Volk aufzuhorchen. Vermuthlich hat er mit seinem Vorgänger Einen Verf.; was zu glauben nicht blos* מעללי־אל *V. 7. gegenüber von* מעללי־יה 77, 12. *einlädt.* Koesterus: *Ps. 77. u. 78. hängen genau zusammen, denn*

beide erzählen die Geschichte der Nation in paränetischer Absicht und plötzlich abbrechend; Ps. 77. aber schliesst mit dem Auszuge aus Aegypten, von welchem Ps. 78. ausgeht.

78, 71. (sub fin.) לרעות ביעקב עמו ובישראל נחלתו
79, 1. (init.) באו גוים בנחלתך
79, 13. (fin.) ואנחנו עמך וצאן מרעיתך

79, 13. (fin.) ואנחנו עמך וצאן מרעיתך
80, 2. (init.) רעה ישראל . . נהג כצאן יוסף

Cf. praeterea 80, 7. תשימנו מדון לשכנינו ואויבינו ילעגו־למו cum 79, 4. היינו חרפה לשכנינו לעג וקלס לסביבותינו. Sic et Koest.

80, 9. גפן ממצרים תסיע
81, 11. המעלך מארץ מצרים

Cf. praeterea 81, 6. עדות ביהוסף שמו cum 80. inscr. עדות et v. 2. יוסף. Hitz. p. 135.: *Aus der Erwähnung Josephs* (81, 6.), *wo man Jakob erwarten sollte, lässt sich vielleicht auf Identität des Dichters mit dem von Ps. 77, 16. 80, 2. 3. schliessen.* Koester.: *Ps. 79 bis 81 sind verknüpft durch die schon Ps. 74. 77. 78. angedeutete Idee Israels als einer Lieblings-Heerde Jehova's: aus dieser Idee wird Ps. 79. 80. Trost in der gegenwärtigen Noth, und Ps. 81. Ermahnung für die Zukunft abgeleitet.*

81, 12. ואשלחהו בשרירות לבם ילכו במועצותיהם
82, 5. לא ידעו ולא יבינו בחשכה יתהלכו

Nisi potius hi Pss. propterea compositi sunt, quia in utroque 81, 7 ss. 82, 2 ss. Deus ipse verba faciens (illic ad Israelem, hic ad ejus principes) sistitur.

82, 1. (init.) אלהים נצב בעדת־אל
83, 2. (init.) אלהים אל־דמי־לך . . ואל־תשקט אל
82, 8. (fin.) כי־אתה תנחל בכל־הגוים
83, 19. (fin.) כי־אתה . . עליון על־כל־הארץ

83, 2. אלהים אל־דמי־לך
84, 10. ראה אלהים והבט

Ps. 84. in altera korahiticorum caterva unus elohimicus est, qui ea ipsa de causa ceteris anteponendus erat, ut cum asaphicis, qui omnes elohimici sunt, conjungeretur. Ceterum cf. באהלי־רשע 84, 11. cum אהלי אדום וישמעאלים 83, 7.

[Finis Psalmorum elohimicorum.]

84, 12. (penult.) חן וכבוד יתן יהוה לא ימנע־טוב
85, 13. (penult.) גם־יהוה יתן הטוב

85 (korah.), 8. הראנו יהוה חסדך וישעך תתן לנו
86 (dav.), 11. הורני יהוה דרכך
86, 16. תנה עזך לעבדך

Cf. praeterea 86, 15. ורב־חסד ואמת cum 85, 11. חסד־ואמת נפגשו.

86, 9. כל־גוים אשר עשית יבואו וישתחוו לפניך אדני
87, 4. אזכיר רהב ובבל לידעי
86, 1. (init.) הטה־יהוה אזנך כי עני ואביון אני
{ 88, 3. (sub init.) הטה אזנך לרנתי
{ 88, 16. עני אני וגוע מנער

Ergo Ps. 87. et 88. una ad Ps. 86. referendi; Ps. 87. ad vaticinium de conversione gentium 86, 9., Ps. 88. ad Psalmi 86. querelas se adjungit. Nam Ps. 86. valde propinquam cum Ps. 88. cognationem habet, cf. בור תחתיות 88, 8. cum שאול תחתיה 86, 13. et alia, de quibus v. Hitz. p. 143. Ceterum Ps. 87. לבני־קרח מזמור שיר, Ps. 88. שיר מזמור לבני־קרח inscriptus.

88. (inscr.) משכיל להימן האזרחי
89. (inscr.) משכיל לאיתן האזרחי

Haec inscriptionum utriusque Ps. aequalitas causae satis erat ad hos duos Pss. conjungendos, qui praeterea eo differunt, quod auctor Ps. 88. suammet ipsius miseriam, auctor Ps. 89. populi sui calamitatem conqueritur. Ps. 88. totus elegicus, Ps. 89. partim hymnicus (et ita quidem, ut non aptus sit ad Ps. 88. pertexendum), partim elegicus est. Dubito igitur, an similia, velut 88, 2. ה׳ אלהי ישועתי cf. 89, 27.; 88, 11—13. cf. 89, 48. 49. ansam dederint ad eos Ps. conjungendos, quae est Koesteri sententia; quamquam id ipsum non pernego, modo ne cum Hgst. eos Psalmos in unum confundas.

Finis Libri Tertii.

[Ps. 90 et 89 non cohaerent *)].

90 (mos.), 15. (sub fin.) יראה אל־עבדיך פעלך
91 (anon.), 16 (fin.) ואראהו בישועתי

Cf. praeterea אשביעהו 91, 16. cum שבענו 90, 14.; כי אתה ה׳ מחסי עליון שמת מעונך 91, 9. cum מעון אתה 90, 1. (Hitz. p. 155.).

---

*) Aliter Koest.: *Der Ps. 90. giebt einen Commentar zu* 89, 48.: *zu welchem Nichts hast du geschaffen die Menschenkinder.*

91, 1. (init.) ישב בסתר עליון
92, 2. (init.) ולזמר לשמך עליון

Cf. 92, 12. ותבט עיני בשורי cum 91, 8. רק בעיניך תביט ושלמת רשעים תראה (Hgst. IV, 1. p. 10.).

92, 9. ואתה מרום לעולם יהוה
93, 4. אדיר במרום יהוה

Egregie Hitz. p. 156.: *In nuce ist Ps. XCIII. bereits im neunten V. des vorhergehenden enthalten*, cui adstipulatur Hgst. IV, 1. p. 16 s. Ceterum Ps. 93, 5. fin. לארך ימים simul refertur ad Ps. 91, 16. ארך ימים אשביעהו.

93, 1. יהוה מלך גאות לבש
94, 2. השב גמול על־גאים

Aliter Koest.: *Der Wendepunkt des Ps. 94. liegt in dem Preise der Offenbarung V. 12., welcher sich an 93, 5. anschliesst.* Simul Ps. 94 ad 92 refertur, cf. 94, 8. בערים—כסילים cum 92, 7., et Ps. 92—94. insignes sunt figura anadiplosis, velut 92, 10. כי הנה איביך ה׳ כי־הנה איביך יאבדו; 93, 3. נשאו נהרות ה׳ נשאו נהרות קולם; 94, 3. עד־מתי רשעים ה׳ עד־מתי רשעים יעלזו; 94, 23. וברעתם יצמיתם יצמיתם ה׳ אלהינו: quae quidem eorum Pss. proprietas collectorem certo non latuit (Hitz. p. 56., Hgst. IV, 1. p. 17. 24. 84.).

94, 22. (sub fin.) ואלהי לצור מחסי
95, 1. נריע לצור ישענו

95, 3. כי אל גדול יהוה ומלך גדול על־כל־אלהים
96, 4. כי־גדול יהוה ומהלל מאד נורא הוא על־כל־אלהים

96, 10. 11. יהוה מלך.. ישמחו השמים ותגל הארץ ירעם הים ומלאו
97, 1. יהוה מלך תגל הארץ ישמחו איים רבים
98, 6. 7. לפני המלך יהוה: ירעם הים ומלאו תבל וישבי בה

Primo adspectu apparet, intimam inter hos Pss. intercedere necessitudinem et non solum Ps. 97. (cf. praeterea 97, 9. מאד נעלית על־כל־אלהים cum 96, 4. 95, 3.), sed etiam Ps. 98. referri ad Ps. 96., quocum et **initium** et **exitus** ipsius ad verbum consentit.

98, 6. 7. לפני המלך יהוה: ירעם הים
99, 1. יהוה מלך ירגזו עמים
98, 4. הריעו ליהוה כל־הארץ
100, 1. הריעו ליהוה כל־הארץ

Vides, Pss. 99. et 100. annexos esse ad Ps. 98, sed non ad eundem ejus locum. Ceterum cf. 99, 4. מישרים משפט וצדקה cum 98, 9.; 100, 5.

אמונתו .. חסדו cum 98, 3.; 100 fin. כי־טוב ה׳ cum 99 fin. כי־קדוש ה׳.
V. de Pss. 91—100 unum cyclum conficientibus Hgst. IV, 1. p. 83—85.

100 (anon.), 5.	לעולם חסדו
101 (dav.), 1.	חסד־ומשפט אשירה
100, 2.	באו לפניו ברננה
101, 2.	מתי תבוא אלי

Appropinquationi ecclesiae ad Jehovam Ps. 100. respondet Dei ad vatem appropinquatio Ps. 101. Aliter Koest.: *Die Pss.* 101—104. *sind verbunden durch die Idee der unvergänglichen Gnade Gottes*, recteque fortasse: 101, 1. *schliesst sich an das Ende des Ps.* 100.

101, 7. (sub fin.)	לא־יכון לנגד עיני
102, 29. (fin.)	וזרעם לפניך יכון

Cf. quoque 102, 2. ושועתי אליך תבוא cum 101, 2. מתי תבוא אלי.

102 (anon.), 13. (med.)	ואתה תקום תרחם ציון
103 (dav.), 14. (med.)	כרחם אב על־בנים רחם יהוה על־יראיו

Cf. praeterea 103, 15. cum 102, 5. 12.; 103, 17. cum 102, 13. 28. 29.; 103, 22. מעשיו cum 102, 26. et al.

103. init. et fin.	ברכי נפשי את־יהוה
104. init et fin.	ברכי נפשי את־יהוה הללויה
105. init.	הודו ; fin. הללו־יה
106. init.	הללו יה הודו

Ps. 104. materiam laudis desumit ex historia creationis, Ps. 105. ex historia Patriarcharum et Israelis, Ps. 106. ex historia Israelis inde ab liberatione ex Aegypto, ita ut hi tres Pss., quorum Ps. 103. quasi prologus est, trilogiam efficiant quodammodo chronologice dispositam. Hgst. IV, 1. p. 126.: *Die Versetzung der david. Pss.* 101—103. *von ihrer natürlichen Stelle in der Sammlung der Pss. Davids erklärt sich nur daraus, dass die Sammler an sie hier Gleichartiges aus späterer Zeit anschliessen wollten*, cf. p. 166.

Finis Libri quarti.

[Ps. 106 et 107 arctissime cohaerent].

106. init.	הודו ליהוה כי־טוב כי לעולם חסדו
107, 1. (8. 15. 21. 31.)	הודו ליהוה כי־טוב כי לעולם חסדו

Ps. 107. *steht in naher Bez. z. Ps.* 106. *Auf diesen weist schon die Gleichheit des Anfanges zurück. Was* 106, 47. *gewünscht wurde, dafür wird* 107, 3. *gedankt. Der Preis des Herrn, der in Ps.* 106,

47. *im Fall der gewährten Erlösung verheissen worden, wird ihm hier nach gewährter dargebracht*, Hgst. IV, 1. p. 188 s.

107 (anon.), 1. הודו ליהוה כי־טוב כי לעולם חסדו
108 (dav.), 4. 5. אודך בעמים יהוה .. כי־גדול מעל־שמים חסדך

Ps. 108, 4. 5. est instar responsionis ejusque amplificantis (cf. 107, 31. 32.) ad Ps. 107, 1.

108, 4. אודך בעמים יהוה ואזמרך בלאמים
109, 30. (sub fin.) אודה יהוה מאד בפי ובתוך רבים אהללנו

109, 31. (fin.) כי־יעמד לימין אביון
{110, 1. (init.) שב לימיני
{110, 5. .. אדני על־ימינך

Insigne exemplum duorum Pss. propter externam quandam et fortuitam similitudinem connexorum. Aliter quidem Koest.: *Ps.* 108 — 110. *hängen zusammen durch die Idee des Messias als Besiegers der Feinde: Ps.* 108. *ist die Sieges-Hoffnung*, 109. *die Anklage der Feinde, u.* 110. *die Schilderung des Messianischen Sieges selbst.*

110 (dav.), 6. (cf. 1 *b*) ידין בגוים
111 (anon.), 6. לתת להם נחלת גוים

Cf. שלח 111, 9. cum ישלח 110, 2.; לעולם 111, 9. (8.) cum 110, 4. Recte Hgst. IV, 1. p. 261.: *Als Mittelpunkt des Ps.* 111. *muss V.* 6. *betrachtet werden.*

[Ps. CXI—CXIII. הללו יה]

111, 3. 10. וצדקתו (ותהלתו) עמדת לעד
112, 3. וצדקתו עמדת לעד

Recte Hgst. IV, 1. p. 267.: *Ps.* 112. *schliesst sich unmittelbar an den letzten V. des vorigen an und kann als Commentar zu diesem betrachtet werden. In V.* 3. 4. 8. *stellt er sich zu ihm in wörtliche Beziehung mit sinniger Umbiegung des Sinnes*, et aeque recte Hitz. p. 182.: *Ps.* 111. *preist im Kreise der* ישרים *die Herrlichkeit, Macht und Gnade Jehova's, Ps.* 112. *die daraus fliessende Herrlichkeit und Glückseligkeit der Jehovaverehrer, der* ישרים *(VV.* 2. 4.*)*.

112, 1. הללו יה -
113. init. et fin. הללו יה

Cf. מְבֹרָךְ 113, 2. cum יְבֹרָךְ 112, 2. Recte Hgst. IV, 1. p. 259.: *Während Ps.* 111. *u.* 112. *das Halleluja nur zu Anfang, hat Ps.* 113.

dasselbe zu Anfang und zu Ende u. kündigt sich dadurch als den zusammenfassenden Schluss der Trilogie 111 — 113. *an.* Nos vero simul explicavimus, cur Ps. 111. praecedat, 112. sequatur, non vice versa.

113, 5—9. מושיבי , להושיבי , מקימי , המשפילי , המגביהי

114, 8. ההפכי

Bene Hitz. p. 182.: *Ps.* 113. *feiert die Allmacht Jehova's überhaupt,* 114. *ihre Bethätigung in einem geschichtlichen Ereigniss.* At pro certo sumi non potest, propterea hos Pss. connexos esse; nos potius Chirek compaginis in utroque Ps. aequaliter usitatum copulationis ansam (non per semet ipsum ejusdem auctoris indicium) esse existimamus.

114, 1. בית יעקב

115, 12. את־בית ישראל . . את־בית אהרן

Simul recte Hitz. p. 183.: *Durch V.* 18. *hängt Ps.* 115. *mit* 113, 2. *zusammen.*

115, 1. לא לנו כי־לשמך תן כבוד על־חסדך ועל־אמתך

115, 18. (fin.) הללו־יה

116, 4. 13. ובשם יהוה אקרא

116, 19. (fin.) הללו־יה

117, 2. חסדו ואמת־יהוה לעולם הללו־יה

Vides, Pss. 115 — 117 instar trifolii esse et, quemadmodum Ps. 116. refertur ad Psalmi 115. initium, sic Ps. 117. referri simul ad ejus initium ac finem, quare aptissimus erat ad horum trium Pss. ordinem concludendum.

117, 2. כי גבר עלינו חסדו

118, 1. 29. כי לעולם חסדו

Koest.: *Ps.* 111—117., *eine heilige Siebenzahl von Lobgesängen ähnlicher Form (alle, ausser* 114, *mit Halleluja), schliessen sich rückwärts an die glänzende Feier des Messianischen Sieges Ps.* 110, *vorwärts an das Dankgebet Ps.* 118.

118, 26. ברוך הבא בשם יהוה ברכנוכם מבית יהוה

119, 1. אשרי תמימי דרך ההלכים בתורת יהוה

Hgst. IV. 1. p. 312 s.: *Im Einzelnen finden sich mit Ps.* 111—118. *eine Anzahl naher Berührungen,* cf. 119, 7. אודך cum 118, 21. 28.; 119, 12. ברוך cum 118, 26. Est vero Ps. 119. Psalmo 118. subjunctus vel propter cogitati versuum, quos supra posuimus, convenien-

tiam, vel propter indolem gnomicam eorum communem. Nam nihili est quod Koest. ait: *Ps.* 118. *wird Jehova gepriesen wegen seines Tempels und seiner Feste,* 119 *wegen seines Gesetzes.*

119, 169—176. נפשי , לשוני , שפתי , הצילני
120. נפשי , לשון , שפת , הצילה

Haec similia mere fortuita esse fatemur, sed collectorem impulisse arbitramur, ut Ps. 120. inter Pss. graduum primo loco poneret et Ps. 119 subjungeret, nisi probabilius habeas, conditionem poetae similem 119, 176 et 120, 5. expressam eorum Pss. vinculum esse.

PSALMI GRADUUM.

120, 1. אל־יהוה בצרתה לי קראתי
121, 1. 2. אשא עיני אל־ההרים..עזרי מעם יהוה

Ps. 121 est tanquam responsum leniens querelas Psalmi 120.

121 (anon.), 3. אל־יתן למוט רגלך
122 (dav.), 2. עמדות היו רגלינו בשעריך ירושלים

122, 9. למען בית־יהוה אלהינו
123, 2. כן עינינו אל־יהוה אלהינו

123 (anon.), 4. רבת שבעה־לה נפשנו
124 (dav.), 4. נחלה עבר על־נפשנו

Pss. 120—124. caterva sunt multiplici nexu inter se jugata, cf. שלום 122, 6—8. cum 120, 6. 7.; 123, 1. cum 121, 1. 2.; 124, 8. cum 121, 2.

124, 1. יאמר־נא ישראל
125, 5. שלום על־ישראל

Cf. Ps. 128. 129., qui eorundem verborum vinculo, sed vice versa colligati sunt.

125, 1. כהר־ציון
126, 1. את־שיבת ציון

Ceterum impletio spei 125, 3. expressae argumentum est Ps. 126., et voto 125, 4. respondet votum 126, 4.

126 (anon.), 1. היינו כחלמים
127 (salom.), 2. כן יתן לידידו שנא

127, 5. אשרי הגבר
128, 1. אשרי כל־ירא יהוה

Cf. Pss. 40. 41. eodem vinculo connexos. Ceterum bene Hitz. p. 195.: *Wenn Ps. CXXVII. Kindersegen als eine Belohnung, als eine Gnade Gottes preist: so lehrt das folgende Gedicht, beglückt mit solcher Gnade werde der Verehrer Jehova's.* Aliter Koest. p. 410.

128, 6. שלום על־ישראל

129, 1. יאמר־נא ישראל

Cf. Pss. 124. 125. et sententiam nostram de causa connexionis horum Pss. confirmari videbis.

129, 1. יאמר־נא ישראל

130, 7. יחל ישראל אל־יהוה

130 (anon.), 7. יחל ישראל אל־יהוה

131 (dav.), 3. יחל ישראל אל־יהוה

131, 1. שיר המעלות לדוד

132 (anon.), 1. זכר־יהוה לדוד את כל־ענותו

Ps. 131. demissum et humilem Davidis animum, cui preces Ps. 132. innituntur, speculi instar repraesentat.

132, 17. (sub fin.) שם אצמיח קרן לדוד

133 (dav.), 3. (fin.) כי שם צוה יהוה את־הברכה

133, 1. (init.) הנה

134 (anon.), 1. (init.) הנה

133, 3. (fin.) כי שם צוה יהוה את־הברכה

134, 3. (fin.) יברכך יהוה מציון

Psalmus, qui Psalmos graduum concluderet, aptior quam Ps. 134. non poterat inveniri, cf. העמדים 134, 1. cum 122, 2.; שאו 134, 2. cum 121, 1. 123, 1.; 134, 3^{a} cum 128, 5.; 134, 3^{b} cum 121, 2. 124, 8. Koest.: *Ps. 132 — 134 hängen zusammen durch die rühmende Erwähnung Zions.*

Finis Psalmorum Graduum.

134, 1. ברכו את־יהוה כל־עבדי יהוה וגו׳

135, 1. 2. הללו את־שם יהוה הללו עבדי יהוה וגו׳

Quemadmodum initium, sic finis horum Pss. sibi mutuo respondet.

135, 3. הללו־יה כי־טוב יהוה

136, 1. הודו ליהוה כי־טוב

Omnino gemini sunt hi Pss. antiphonici atque unus ad alterius exemplar factus Koest. p. 427., Hitz. p. 202.: *Wie sein Vorgänger, so feiert auch Ps. CXXXVI. Jehova als den Allmächtigen aus der Natur sowohl, wie aus der Urgeschichte des Volkes, u. trifft in einzelnen Zügen der Schilderung völlig mit ihm zusammen, vgl. V. 17—22. mit Ps.* 135, 10—12.

136, 23. שבשפלנו זכר לנו

137, 7. זכר יהוה לבני אדום את יום ירושלים

137 (anon.), 4. איך נשיר את־שיר־יהוה

138 (dav.), 5. וישירו בדרכי יהוה

138, 6. כי רם־יהוה ושפל יראה וגבוה ממרחק יידע

139, 2. אתה ידעת שבתי וקומי בנתה לרעי מרחוק

Cf. ותאחזני ימינך 139, 10. cum ותושיעני ימינך 138, 7., v. Hitz. p. 204. (ubi inter alia dicit: *Ps. CXXXIX. eignet sich dazu, von seinem Vorgänger eine selbstständige Fortsetzung zu bilden).* Egregie Koest.: *Durch den Preis göttlicher Allwissenheit hängt Ps.* 138 *mit* 139 *zusammen.*

139, 14. אודך על כי . . . נפלאים מעשיך ונפשי ידעת מאד

140, 13. ידעתי כי־יעשה יהוה דין עני משפט אבינים

140, 7. האזינה יהוה קול תחנוני

141, 1. האזינה קולי

142, 2. קולי אל־יהוה אתחנן

143, 1. האזינה אל־תחנוני

Non solum his vv., sed multis iisque arctissimis propinquitatis vinculis hi quatuor Pss. conjuncti sunt, cf. 140, 5. שמרני מידי רשע cum 141, 9. שמרני מידי פח; 140, 6. טמנו . . פח לי cum 141, 9. פח יקשו לי, 142, 4. טמנו פח לי; 140, 6. מקשים cum 141, 9. מקשות; 142, 7. הצילני מרדפי cum 143, 9. הצילני מאויבי; 142, 4. בהתעטף עלי רוחי cum 143, 4. ותתעטף עלי רוחי; 142, 8. הוציאה ממסגר נפשי cum 143, 12. תוציא מצרה נפשי, unde id quod Ps. 142. per imaginem dicit explicatur. Hitz. praeterea confert 140, 10. et 141, 6.; 140, 3. et 141, 5. רעות; 140 ult. et 142 ult.; 142, 4. בארח זו אהלך et 143, 8. דרך־זו אלך. Ex his omnibus apparet, cur collector hos Pss. copulaverit et simul cur eos hoc, non alio inter sese ordine collocaverit. Bene Hitz. p. 206.: *Alle vier Pss. erscheinen durch die sprachlichen Aehnlichkeiten der Stellen Ps.* 140, 7. 141, 1. 142, 2. 143, 1. *äusserlich verbunden*, et: *Wie*

der Dichter Ps. 142, 4. *klagt:* תתעטף עלי רוחי, so *auch Ps.* CXLIII. *V.* 4.; *in demselben Stadium des Psalms wird derselbe Gemüthszustand gezeichnet genau mit denselben Worten*, et: *Der Dichter fleht Ps.* 142, 8. הוציאה ממסגר נפשי, *gleicherweise Ps.* 143, 11. תוציא מצרה נפשי: *durch welche Parallele zugleich sich jenes* מסגר *dahin erläutert, dass es bildlich von Bedrängniss zu verstehen sei.*

143, 12. (fin.) cf. 2. — כי אני עבדך

144, 10. — הפוצה את־דוד עבדו

Cf. praeterea הצילני 143, 9. 144, 8. 11.; אליך כסיתי 143, 9. cum בו חסיתי 144, 2.

144 init. — ברוך יהוה

145, 1. — ואברכה שמך לעולם ועד

145 fin. — ויברך כל־בשר שם קדשו

Koest.: *Ps.* 144—150. *bilden eine heilige Siebenzahl von Lobgesängen zum Beschluss u. zwar schildern die* 4 *ersten Gottes Wohlthaten, die* 3 *letzten den ihm gebührenden Preis.*

145 (dav.), 14. — וזוקף לכל־הכפופים

146 (anon.), 8. — יהוה זקף כפופים

Cf. praeterea אהללה 145, 2. 146, 2. שבר 145, 15. 146, 5. (Hitz. p. 212.).

[Ps. CXLVI—CL. הללו יה]

{146, 9. — יתום ואלמנה יעודד
{147, 6. — מעודד ענוים יהוה

Vides, Pss. 146. 147. prorsus eadem ratione connexos esse, qua Pss. 145. 146. Cf. insuper אלהיך ציון 146, 10. 147, 12.; הללי 146, 1. 147, 12., unde hos Pss. omnino gemellos esse apparet. Hitz. confert etiam 145, 15. 16. 146, 7. 147, 14.

147, 16—18. — הנתן שלג כצמר — ישלח דברו וימסם

148, 8. — אש וברד שלג וקיטור רוח סערה עשה דברו

Cf. praeterea תהלה 147, 1. 148, 14. et omnino versus ultimos horum Pss., qui mutuo sibi respondent.

148, 14. (ult.) — תהלה לכל חסידיו

149, 9. (ult.) — הדר הוא לכל־חסידיו

149, 3. יהללו שמו במחול בתף

150, 4. הללוהו בתף ובמחול

Koest.: *Der Schluss des Psalters fordert Alles* (148.) *und besonders Israel* (149.) *auf, Jehova zu preisen, und zwar mit allen Instrumenten* (150).

Postquam omnes Psalmos ad postremum usque percensuimus eosque omnes lege analogiae velut serie inter sese cohaerere probavimus, in conspectu est, quam vario multiplicique modo collector legem istam ad Psalmos connectendos adhibuerit. Vides enim

1) plerumque binos Psalmos conjungi, ita ut secundus ad primum et tertius qui subsequitur rursus ad secundum se adjungat et cum quarto par novum conficiat, ergo non solum binos Pss. qui par conficiunt inter se, verum etiam singula paria cohaerere: quam quidem regulam tantummodo in finibus libri I—III. in Psalmis 41 et 42, 72 et 73, 89 et 90, qui inter se nexi non sunt, neglectam videmus. Saepenumero autem terni Psalmi conjunguntur, idque vel ita, ut Psalmus secundus et tertius ad primum propter simile, quod ipsis cum eo commune est, accedant, velut Ps. 7. 8. 9.; 57. 58. 59. al., vel ita ut alio simili secundus, alio tertius cum primo cohaereat, velut Ps. 10. 11. 12 = 10 + 11, 10 + 12; 86. 87. 88 = 86 + 87, 86 + 88.

2) Vinculum, quo bini ternive Psalmi inter se apti colligatique sunt, plerumque cogitatio est similibus vel iisdem verbis expressa, nonnunquam, non obstante formae dissimilitudine, tantummodo cogitatio, velut 10 et 11. Crebro sola formae externae similitudo, modo talis sit, quae oculos feriat, sufficit, velut 4 et 5.

3) Conjungi solent ejusmodi potissimum Psalmi, quorum vel exitus, velut 4 et 5, 13 et 14, vel initia, velut 21 et 22, 56 et 57, inter se consentiunt, nisi, id quod perinde est, initium posterioris cum exitu prioris, velut 14. 15., aut exitus posterioris cum initio prioris, velut 27. 28., aliquid similitudinis habet. Magnopere variat connexionis ratio, ita vero, ut in aperto sit, collectorem inprimis initia et exitus singulorum Psalmorum respexisse.

4) Crebro Psalmi conjuncti plura similia exhibent, quorum alia alii notatu digna judicaverunt, ita ut dubium esse possit, quodnam simile collectorem ad eos componendos adduxerit. Fortasse rationem habuit omnium, idque ibi potissimum, ubi ea similium copia ex eadem radice h. e. argumenti similitudine effloruit; nam hoc facile in-

telligitur, collectorem hos illosve Psalmos tanto majori jure conjungere sibi visum esse, quanto eos crebris locis vel toto argumento sibi similiores esse ac non modo analogiam quandam prae se ferre, sed toto argumento propinquos inter se ac finitimos esse deprehenderit.

5) Interdum binos Psalmos propterea copulavit, quia posterior voci prioris echûs instar respondere ipsi videbatur, velut 20. 21. *(Echopsalmen)*, vel quia posterior statum et affectus psalmistae prorsus contrarios exhibet, velut 21. 22. *(Contrastpsalmen)*, vel quia posterior cogitationem aliquam in priore expressam pertexit et amplificat, velut 22. 23., 86. 87. *(Fortschrittspsalmen)*; cui quidem triplici Psalmos componendi modo tres parallelismi species, synonymus, antitheticus et progressivus, comparari possunt.

6) Raro collector inscriptionibus Psalmorum, quatenus plus quam terminos technicos continent, velut Ps. 36., vel plane singulares sunt, velut 56. 88. 89., ad filum pertexendum utitur.

Postquam lex illa, secundum quam Psalterium dispositum esse suspicati eramus, totius Psalterii pervestigatione veram se nobis comprobavit, excutiamus nunc, quid quantumque momenti insit inventis nostris ad historiam Psalmorum collectionisque eorum illustrandam.

1) Primum exploratum est, totum Psalterium convenienter uni eidemque legi esse dispositum. Hinc consequitur, aut redactorem postremum Psalmos omnes, quos partim collectos repererat partim ipse collegit, denuo digessisse aut eum se ad ordinem collectionum aetate superiorum applicuisse. Cum vero ex nota כלו תפלות וגו׳ Psalmo 72. subscripta pateat, exstitisse principem aliquam collectionem eamque intra fines Psalmorum 1. et 72. contineri, et cum, ut in commentatione de duplici Psalmorum indole ostendimus, argumentis haud levibus confirmari possit, librum Psalmorum tertium (Ps. 73—89.) appendicem esse, quae ad collectionem primam posterius, sed ante conclusionem Psalterii accesserit: quaestio illa, utrum redactor postremus illum dispositionis modum primus excogitaverit an ad eum se adjunxerit, non poterit dijudicari nisi noverimus, quinam Psalmorum libri I—III. pro recentibus et recens interpositis habendi sint. Qui quidem si demi possent, non violato illo ordine similia similibus jungente, hic ordo pro antiquo habendus esset; si non, pro recenti. Haec vero disquisitio tam ardua et lubrica est, ut ab ea hoc loco abstinendum nobis esse arbitremur. At (ut profiteamur id quod nobis simillimum veri videtur) si in Psalmos anonymos, quos interpositos esse maxime probabile est,

intueamur et reputemus, quam arctis vinculis Ps. 10 et 11; 33 et 34; 43 et 44 cf. 71 et 72; 67 et 68 cohaereant: eo adducimur, ut credamus, redactorem postremum Psalmos collectionis primae et appendicis, quorum ordinem, cum Psalmos recentiores interponeret, non intactum relinquebat, primum convenienter legi isti, quam invenimus, digessisse, certe hunc ordinem, ubi ab ipso turbatus esset, restituisse *).

2) Deinde iis, quae adhuc exploravimus, edocti sumus, ex sola Psalmorum binorum pluriumve vicinitate eorumque inter sese similitudine neutiquam concludi posse, eos ab eodem auctore conscriptos esse: qua conclusione Hitzigius creberrime utitur et qua ceteri quoque Psalmorum interpretes multifariam seduci se passi sunt. Nos contra sic ratiocinamur: Psalmi magis minusve inter se consimiles propter hanc ipsam similitudinem, nulla habita originis eorum ratione (uti conjunctio Psalmorum anonymorum et aperte recentiorum cum davidicis ostendit), a redactore compositi sunt. Fieri sane potuit (neque hoc frequenter factum infitiamur), ut redactor Psalmos similes quaerens in Psalmos ejusdem auctoris, quippe qui necessitudine se attingere soleant, incideret, at ubivis unum alteri subjunxit non quod ejusdem auctoris esset (id quod redactorem plurimis in Psalmis aeque ac nos latuisse credibile est), sed quia sequentem superioris tam similem reperiebat, ut ad seriem continuandam ei videretur esse idoneus.

3) Labefactatur ea quoque sententia, quam in comm. suo in Psalmos crebris locis protulit Hengstenbergius. Is enim cum Psalmus anonymus inscriptum sequitur, cujus aliquam similitudinem gerit, itentidem inculcat, anonymum cum inscripto unum corpus conficere, bipartitum illud et ab eodem auctore profectum (velut Ps. 9 et 10; 32 et 33; 42 et 43; 70 et 71). Hoc modo alias quoque binos Psalmos dilogice copulatos esse existimat (Ps. 1 et 2; 88 et 89), ternos

*) Fortasse haec conjectura nostra eo confirmatur, quod Pss. 41 et 42; 72 et 73; 89 et 90 non sunt homogenei, cum contra Pss. 106 et 107 maximam inter se similitudinem habeant. Consentaneum est enim, redactorem Psalmum seriem davidicorum collectionis principis concludentem (41) et Psalmum in fine ejusdem collectionis positum (72) loco movere noluisse. Neque Psalmo 89, qui appendicem concludit, similem adjungere poterat, cum Psalmus Mosis, quantumvis dissimilis, aptissimus ei videretur, qui collectionem recentem inchoaret. At in finibus libri IV. et V., ubi nihil obstabat, legem illam homogenei observavit; Psalmi enim 106 et 107, quamquam Berachâ separati, similitudinis vinculo arctissime colligati sunt.

trilogice (101—103; 108—110; 111—113), quaternos tetralogice (114—117), idque non solum consilio redactoris, sed consilio auctorum. Quod quamquam omnino falsum esse non contendimus, apparet tamen, cautionem in ea re adhibendam esse, ne forte Psalmos similes, quos redactorem consulto conquisivisse constanterque conseruisse novimus, praepostere pro comparibus et ad eundem auctorem referendis habeamus, cum similitudo amborum vel plane fortuita esse possit vel eo orta, quod poeta recentior Psalmum antiquiorem ad imitandum sibi proposuit. Omnes istae dilogiae, trilogiae et tetralogiae ante omnia documento sunt, redactorem in Psalmis instar annulorum catenae vel florum coronae connectendis multa cum solertia versatum esse.

492

16362

Delitzsch

Symbolae ad Psalmos Illustrandos

